

Orent super eum, ungentes Oleo in nomine Domini Jac. v. c. 14.



TRACTATUS DE EXTREMA UNCTIONE.



Extrema Unctio est Sacramentum a Christo institutum ad conferendam aegrotis de vita periclitanti gratiam ad resistendum tentationibus, ferendum patienter dolores, & peccata reliqua abstergendas, quae etiam ad corporis sanitatem, si expedit, restituendam, per unctorem esse benedicti, & orationem Sacerdotis.

Quaest. I. *Quaenam est materia et forma hujus Sacramenti?*

Resp. 1. Materia remota est oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Conc. Trid. sess. 14. c. 1. Renovari debet singulis annis, veteri exulto. Quod si periculum sit, ne intra annum deficiat, neque possit haberi aliud benedictum, benedictio admisceatur non benedictum in minori quantitate. Ita *Rituale Romanum*. Materia vero proxima est Unctio. Haec ex usu Ecclesiae & precepto Ritualium, debet fieri in forma crucis, quod tamen non est essentialia, sicut neque ut fiat immediate pollice Sacerdotis; nam petitis tempore unctio fieri potest bacillo.

¶ Vide SS. D. N. *TRACT. DE SYNODO DIOECESANA*, in quo plura de Extrema Unctione scitu digna explicantur, quorum nulla brevis indicimus. Lib. vi. c. 16. nu. 2. de materia, ait: *Materia hujus Sacramenti est oleum simplex, saltem ex Ecclesiae precepto. Validitati tamen non obstat aliquid balsami admixtum, quod antiquitus factum quidam opinantur.* Et n. 4. *Oleum debet esse ab E-*

piscopo benedictum. Dopbitur vero, num ex Christi institutione, an ex precepto Ecclesiae? De consuetudine Romani Pontificis potest a simplicis Sacerdote preparari ut fit apud Orientales.

Resp. 2. Forma est haec deprecatoria: *Per istam sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. Amen.* Et sic de aliis sensibus. Ex Conc. Flor. & Trident. & Rit. Rom. Sunt qui putant haec sola verba, *Per istam Unctionem indulget tibi Deus*, esse essentialia, eo quod effectus Sacramenti sufficienter exprimat, quamvis cetera ex precepto sint addenda.

¶ Cap. 17. De Synodo cit. Pontifex, ait: *Formam hujus Sacramenti non esse certis verbis a Christo prescriptam, ac deprecatoria uti apud Latinos, et Graecos; sed in controversia esse, num sufficiat indicativa, et absoluta; quare cum nihil de ea definitum habeamus ab Ecclesia, non licere, conclusit, in Synodo vel Synodali inscriptione, ejusmodi questionem commemorare, sed dumtaxat injungendum esse Parochis, ut formam adhibeant in Rituali prescriptam, quae certe sine gravi flagitio non potest privata auctoritate immutari.*

Quaest. II. *An essentialia sunt Unctionis quinque sensuum?*

Resp. 1. Multi cum S. Tho. affirmant, & in Ecclesia Latina servantur: ac proinde in praxi adhiberi debent, quantum fieri potest, praesertim cum con-

stet ea requiri ex precepto. Non pauci tamen contendunt, ad valorem Sacramenti sufficere unicam in quacumque corporis parte; & *Rituale Mechliniense* a Facilitate Lovaniensi approbatum prescribit: *In morbi contagioso, et acie grassante, ut periculum vitetur, sufficere inani sensus organum magis ad unctorem expostum, aut detestum, dicendo: Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, & gressum.* *Rituale vero Parisiense* sic habet: *Si non possit super infernum feri visus unica unctio, ungetur oculus, vel aliud sensuum organum, & ceteris precibus praetermissis dicatur: Per istam sacri olei Unctionem & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quicquid peccasti per sensus.* Sed ut sit certum est id non licere extra necessitatem.

Porro non est absolute necessarium, ut utrumque organum ejusdem sensus specificis sumpti, v. gr. uterque oculus ungetur, (quoniam ob receptam consecrata alicui sensui, puta visui, cum facta fuerit in parte corporis, in quo sensus ille residet.

Pro praxi observanda, 1. Ex precepto saltem quinque corporis partes iungi debent, quae sunt sensuum organa, nempe oculi, aures, os, nares, & manus, quibus secundum usum communem & Rit. Rom. adduntur pedes, licet pedum unctio non sit essentialis; unde in quibusdam locis omittitur. Renum vero unctio in mulieribus, honestatis gratia semper omittitur, atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed sive in mulieribus, sive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet. Ita *Rituale Rom.*

2. Si quis careat aliqua parte corporis ex his, quae iungi debent, pars loco illi proxima ungetur, eadem verborum forma. *Rituale Romanum*. Ut si manibus careat, ungetur esset pars brachii proxima. Quod si omnino careat sensu aliquo, puta visui, debet tamen iungi secundum sensum illum, cum forma ei respondeat; quia potuit appetere actus malos, qui per sensum illum perficiantur.

3. *Dum oculos, aures, & alia corporis membra quae parva sunt, Sacerdos ungit, cavet ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi parva membra perunxerit.* *Rituale Rom.*

4. *Si dum inungitur infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat. Quod si dubitet an vivat adhuc, unctorem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam dicens: Si vivis, per istam sanctam Unctionem &c. Rit. Rom.*

5. *In pessima vii licebit virga oblonga, oleo nullo, quae deinde contrahatur, aut servanda purgetur, ait Manasse Cameron.*

¶ Quum de Unctionibus plura scitu digna, & necessaria habeantur, quae in Auctore nostro defunt integrum cap. 18. referimus. Sed quoniam in decreto Eugenii, pro institutione Armenorum, in hujusmodi Sacramenti administratione septem unctioes fieri jubentur, videlicet: in oculis propter visum; in auribus propter auditum; in naribus propter odoratum; in ore propter gustum, vel locutionem; in manibus propter tactum; in pedibus propter gressum;

in renibus propter delectationem ibidem vigentem: *causamque singulis respondere debet forma, tunc a ministro pronuntianda, hoc est: Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quicquid per visum deliquisti* " cum inunguntur oculi, quicquid per auditum deliquisti, cum inunguntur aures, & sic deinceps, quemadmodum suse exponitur in *Rituale Romano*: hinc alia gravis laboratur controversia utrum omnes praedictae unctioes, & formae pronuntiatione sint de Sacramenti substantia, de qua controversia multa habentur in cuncta dissertatione de Suprema Unctione Benedicti de Gaetano cap. 8.

2. Ulterio Doctores omnes fatentur cum Suarez tom. xv. in 3. par. disp. 40. sect. 2. n. 6. duas pobremas unctioes, pedum scilicet, & renum, necessarias non esse ad validam Sacramenti consecrationem: tum quia non sunt in usu apud omnes Ecclesias, tum quia illa venum, honestatis, pudorisque causa, semper omittitur in feminis, & interdum etiam in viris, qui propter labellatas corporis vires, morbi- que languores, dimoveri negantur sine gravi incommodo, quod adnotatur a *Rituale Romano*, atque a Cardinali Santorio in suo *Rituale* pag. 325. Haec diffculter quoque iidem admittunt, ceteras quinque sensuum unctioes necessarias esse necessitate praecipue, sed dissentium & disputant, num etiam necessariae sint necessitate Sacramenti. An quisque Scholasticus existimavit, omnes pertinere ad substantiam, & integritatem Sacramenti, quod ex singulis, tamquam ex suis partibus essentialibus constituit, atque integrari, sunt opinati. Ita in 4. dist. 23. docuimus S. Bonaventura, Richardus, Paludanus, Sotus, quibus subscribere Bellarminus in extrem. unctio. leg. unic. cap. 10. Gregorius de Valentia tomo vi. disput. 4. quaest. 2. punct. 2. paragr. Secundo affectibus, Gonetus tom. 5. pag. 456. alique plurimi, praecipue ex Theologi moralium scitatur etiam pro hac sententia Sanctus Thomas. Sed *Autor Supplementi*, 2. parte quaest. 32. art. 6. exponens Angelici Praeceptoris mentem, dubitanter loquitur, ingens: " Illa unctio ab omnibus observatur, quae fit ad quinque sensus, quae de necessitate Sacramenti"; & dubitanter quoque loquitur Suarez cit. disput. 40. section. 3. numer. 16. quavis sequenti disput. 41. section. 1. in fin. videtur in sententiam propendere, tunc temporis fere communiter a Scholasticis receptam.

3. Alii ex aduerso validum censent Extremam Unctionem Sacramentum, si vel una tantum inungatur corporis parti, unica prolata; max referenda forma universali omnes sensus complectente: ita Sylvius in *Suppl.* quaest. 32. art. 6. quaest. 2. Nicolaus Cerarius tractat. de extrem. unctio. cap. 7. Becanus in *Summ. Theolog. de Sacram.* in specie cap. 27. quaest. 7. *Eftus* in 4. distict. 23. paragr. 13. *Natalis Alexander* Theolog. dogmat. & moral. tomo vi. lib. 2. cap. 5. regul. 6. *Tournely* citat. differt. 7. quaest. 3. cap. 2. *Tournely* citat. quaest. 1. artic. 1. in fin. *Vancy* in sua *Theol. moral.* part. 4. tomo 2. de Sacram. tractat. de extrem. unctio. quaest. 4. *Pierre* quaest. *Theolog.* part. 6. quaest. 3. vers. Dico septimo, alique recentiores passim. Huic opinioni validissimum fun-

damentum prebet diversis in unitionem numero discipulis, quam in diversis Ecclesiis sua aetate vigulose affirmat Albertus Magnus in 4. distincta, art. 16. *rogatus: 1. Diverſarum Ecclesiarum, & Ordinum diversis est usus, quia in quibusdam Ecclesiis ungitur loca plura, in quibusdam pauca, circa. Atque extendendo ab Ecclesia Orientali, licet Graeci, teste Arcadio Concord. lib. v. c. 7. nunc inungant frontem, mentum, ambas genas, pectus, manus, & pedes: at tamen in eodem saeculo tres tantum unitiones, ab istisdem fieri consuevisse, asserit Theodulphus Aurelian. Episcopus, c. 2. apud Balthium tom. vii. miscellan. In Ecclesia vero Occidentali, invenimus quidem in Sancti Gregorii Sacramentario: edito a Menardo, praescriptas unitiones quinque sensuum: ac in codice Abbatis Rothaldi, illis additas legitimis unitiones colli, pectoris, & scapularum: in veteri Pontificali Prædicatorii Episcopi Tricassini, imprætant insuper reperimus unitionem umbilici, seu loci, ubi plus dolor imminet; antiquitus codex Turonensis, unitionem fieri mandat, in gruiibus quoque, & in cruribus, suris, pedibus, ac plantis, & pene in omnibus membris, sive in loco, ubi plus dolor imminet: quae omnia videri possunt apud Morinum in append. ad tractat. de Penit. & Martene de antiq. Eccl. ritib. to. 1. lib. 2. cap. 7. art. 8. nu. 8. Tanta autem in unitionum numero diversitas non fuisse singularium Ecclesiarum arbitrio permissa, si certum earundem numerum Sacramenti validitas ex-polere.*

Majus adhuc argumentum huic eidem opinioni suspensit recentiora peculiarium Ecclesiarum Ritualia, uniam unitionem fieri permittentia, si omnes perſei nequeant. Siquidem Pastoralis Mechliniensis, cuius non levis est auctoritas, tum quia ab Academia Lovaniens, anno 1588. approbatum; tum quia ab Othavio Frangipano Episcopo Tricassini, per Germaniam, ac Belgium Nuncio Apostolico, ad Discepta quoque Colonienſis usum praxæ huius, hac de extrema Unctione statuit: „In morbis contagiosis, & peste grassante, ut periculum vitetur, sufficit inungi sensus organum magis ad unitionem expositum, ac detertum, dicendo: Per istam sanctam unitionem, & piissimam suam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum. „ In antiquo codice a Remigio Rhenens a Samborio laudato, legitur ritus abbreviatus conferendi huius Sacramenti, ubi unus pariter unitionis fit monito. In Rituali Parisiensi, prolato a Townley cit. art. 4. dicitur: „ Si non possit super infirmum fieri, nisi unica unio, ungitur oculus, vel aliud sensuum organum, & ceteris precibus praetermissis, dicatur: Per istam fieri Olei unitionem, & sanctiſsimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid peccati per sensum: eandemque praxim approbant Cameracensis, Acrebriensis, aliarumque Ecclesiarum Manualia, apud citatum Natalem Alexandrum.

5. Sed quoniam neque de hac quaestione, quae sane gravissima est, alia haecenus ab Apostolica Sede proditi sententia, non debet Episcopus in sua Synodo aliquid de illa deſerere, sed dumtaxat Paro-

chos monabit, ut cum prudenter timent, ægrotum decessurum, priusquam omnes absoluantur quinque sensuum unitiones, unicum sensum unigant, formam universalem pronuntiando, quam ab allegatis Ritualibus audivimus. Quinimo in praedicto eventu consultus esse, ut caput, & quo omnium sensuum nervi descendunt, sub eadem forma universalis inungatur, non immerito advertit Conik, de Sacram. disput. 10. dub. 3. n. 2. Ne vero Parochi hac libertate abutantur, expedit ut Episcopus simul serio eosdem admonet, a gravi culpe reatu non excusari, qui extra casum vera necessitatis, vel unam ex quinque sensuum unitionibus praetermittit.

Quest. III. Quis potest & debet ministrare hoc Sacramentum?

Resp. 1. Fide constat, folum Sacerdotem esse illius ministrum, ex Conc. Trid. sess. 14. can. 4. Valide autem conferri potest a quolibet Sacerdote. Quia in tali ministerio iurisdictione non est essentialis Sacramento, nec illius principium; sed est solum conditio necessaria, ut licite fiat. Ad licite ministratur a solo pastore proprio, vel alio de eius licentia: nam administratio Sacramenti est officium pastoris, quod usurpare propria auctoritate in materia gravi, rebus culpa est; cum id ei injuriosum sit; & repugnet recto regimini ac debito ordini. In casu tamen necessitatis, quo aliquis infirmus sine Sacramento moriturus esset, quilibet Sacerdos potest & debet ex caritate illud ministrare; nam tunc Ecclesia hanc facultatem concedere censetur. Neque in Clement. de privileg. illi excommunicatur religioſi, qui sine licentia parochi illud secularibus conferunt; hic casus necessitatis comprehenditur: alioqui esset in destructionem.

¶ In citato lib. vii. DE SYNODO cap. 19. plura de huius Sacramenti ministro tractantur, ac statuuntur: Primo, administrationem solis esse communis Sacerdotibus; atque unum sufficere ex definitione Alexandri III. in cap. Quæſiti de verb. signific. Secundo, quamquam unus sufficit, tamen plures olim in Ecclesia Latina adhibitos fuisse, constare ex pluribus antiquis Ritualibus, ac neminem ambigere, quin etiam nunc ratum sit, si a pluribus Sacerdotibus simul administraretur, modo singuli diversis iungant infirmis sensus, ac quilibet congruentem unitioni formam pronunciet. Tertio, etiam spectata hodierna Ecclesiae disciplina, necdum licitum, sed valde laudabile esse, ut uni Sacramento administranti, alii plures assistant Sacerdotes, ob rationem, quam adducit S. Thom. c. 75. lib. 4. contra Gent. ubi ait: Quia hoc Sacramentum perfecte curatioſi effectum habet, & in eo requiritur copia gratiae, compositi huius Sacramenti, ut multi Sacerdotes interſint, & ut oratio totius Ecclesiae ad effectum huius Sacramenti conſideret. Quarto, refertur Graecorum consuetudo, qui septem afferunt Sacerdotes: ac si septem praesent non sint, tres: quae quidem consuetudo ab Ecclesia non improbat, dummodo Graeci noluerim credant, sufficere unum Sacerdotem ad valide conferendum, ut videre est in eisdem Sanctissimi Domini Nostri Constitutione, quae in vol. 1. Bullarii est num. 57. ubi habetur: Nec referri oportet eandem Extremam Unctionem per unum, vel plu-

res Presbytero fiat, ubi ejusmodi vices consuetudo, dummodo credant, et asserant, illud Sacramentum, servata debita materia et forma, valide, et licite confici ab uno presbytero. Idem Sacerdos materiam adhibere, formamque pronuntiare respicientem, ac praeterea qui ungit, idem dicat formam respondentem, nec alius unget, & alius formam pronunciet.

Resp. 2. Parochus, item superior Regularium tenetur ex iustitia sub mortali Extremam Unctionem administrare per se vel per alium subditis suis. Quia tenetur ex officio fidelibus suae cure commissis ordinaria media salutis a Christo instituta, & in communi usu Ecclesiae posita subministrare. Idque etiam cum vite periculo, si subditi poenitentiam non receperit, nec possit recipere; quia fieri potest, ut Extrema unctio ei tunc ad salutem necessaria sit, si nimirum habeat tantum attritionem cum imperfecto Dei amore. Qui autem peste affectus non est confectus, nec possit confiteri, pastor tenetur illi Extremam unitionem, etiam cum periculo vite, dare, ac Synod. Mantueris, ann. 1529. tit. 24. c. 10.

Quest. IV. Quinam sunt effectus huius Sacramenti?

Resp. Ex Jacob. 5. & Conc. Trid. sess. 14. c. 2. multiplex est. Primus ac praecipuus est gratia satisfactiva, ut connotans gratias actuales ad alleviandum seu confortandum animam contra morbi mollesias, & tentationes diaboli.

Secundus est absterſio reliquiarum peccati, quae sunt non solum poenae peccati debite, sed etiam anxietates, infirmitates, torpor seu languor ad bonum, angor, & timor, quae ex peccatis commissis contrahuntur. Plus autem aut minus absterget pro dispositione recipientis.

Tertius est peccatorum tum mortalium, tum venialium remissio. Nam si quae superſint remittenda, remittit etiam quoad culpam: venialia quidem primario & per se, mortalia vero secundario, & per accidens in certis casibus. Prob. 1. Ex Jacob. 5. Et si in peccatis sit, remittuntur ei. 2. Ex Conc. Trid. sess. 14. c. 2. Retentum hoc gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta, si qua sunt adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit. Ubi delicta distinguuntur a reliquiis peccati, & supponuntur non semper adesse in infirmo. 3. Ex forma ipsa, Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti, quod importat remissionem peccatorum, etiam quoad culpam.

Non tamen ideo Extrema unctio est Sacramentum mortuorum, nisi secundario, secundum quid, & cum addito refringente ad certos casus, in quibus solis remittit mortalia; nempe quando vel peccata non fuerint remissa per Sacramentum Penitentiae propter occultum aliquem defectum; vel post confessionem commissa sunt, sed memoria exciderunt; vel homo propter privationem usus rationis, & sensuum, factus est incapax confessionis, nec antea habuit confessionem perfectam, sed tantum attritionem cum Dei amore imperfecto. Enimvero ex institutione Christi ad remissionem mortalium Penitentiae Sacramentum praemitti debet Extremæ Unctioni, si possit; quod si non possit, elicienda est contritio perfecta. Sed quia hac difficilis est, & non raro abest, utri-

usque defectum supplet Extrema unctio: modo addit attritio cum aliquo Dei amore, qualis requiritur in Sacramento Penitentiae. Ex quo patet, quanti sit momenti Extremam unctionem recipere, cum illius ope salvari possit, qui alioqui fuisset damnatus; ut docet S. Carolus in instruct. de hoc Sacramento. 4. Sanitate corporis interitum, ubi illius animae expediret, confert; Conc. Trid. loco citato, quod etiam intelligi secundum divinam providentiam, secundum quam non semper expediret turbari naturalem rerum ordinem, & causarum naturalium exigentiam frustrari. Quare huc effectum impediunt, qui hoc Sacramentum non percipiunt, nisi cum morbus ita invaluit, ut jam sine miraculo fagnari nequeat.

Quest. V. Quenam ad recipiendum valide, & cum fructu hoc Sacramentum requiruntur?

Resp. Sufficit in homine iusto generalis illa voluntas recipiendi, qua unquamque penitens, & bene dispositus vult fieri omnibus remediis ad salutem suam necessariis vel utilis a Christo institutis, quamvis scilicet non est retractata. Constat ex Actuali Romano, & praxi Ecclesiae illud contentis imperio aliquo morbo oppressis, & sensuum ac rationis usu delitatis. Hanc autem voluntatem habere omnes Christiani praesumunt. Ut tamen omnium venialium remissionem obtineat, requiritur saltem depositio affectus ad illa. Sed quia nemo fecit an sit in statu gratiae, & multa peccata occulte ex ignorantia aut inadvertentia culpabili committitur, elicienda est ab omnibus contritio quam potest perfectissima.

Adde quod ab homine rationis compositae recipi debet magna cum fide, fiducia, humilitate, conformitate cum voluntate divina, & reverentia. Homo vero sibi mortalis culpae confusus, praeter voluntatem recipiendi Sacramentum, saltem illam generalem, & habitualement praemittere debet confessionem, si potest: vel si non potest, contritionem perfectam. In quo illud in primis ex generali Ecclesiae consuetudine observandum est, ut si tempus, & infirmi conditio permittat, ante Extremam unitionem, Penitentiae, ac Eucharistiae Sacramenta inferri praestentur, ait Ritual. Rom.

¶ Vide haec de re c. 23. De Synodo &c. in quo de ordine agitur, quo Extrema unctio inferri sit administranda, & de reiteratione administrationis ejusdem Sacramenti. Et ad ordinem quod spectat, apud veteres, inquit, aliquando consuetudinem inferri, ut post poenitentiam, & reconciliationem infirmorum, Extrema prius unctio, & deinde sacra Communionis exhiberetur, ut ex antiquis Ritualibus constat: postea tamen ex generali consuetudine, quae & hodie universim in latina, & occidentalibus Ecclesiis viget, factum esse, ut prius sacra Communio, postmodum vero Extremæ unctionis Sacramentum inferri exhiberetur. Addit vero, nonnulla Ritualia permittit, ut Extrema unctio ante Viaticum conferatur, si ægrotus, ex ipso desiderio, melius ad Eucharistiam preparandi, ita secum fieri expolulet; Sed quamquam hanc permissionem, inquit, non inprobemus, nihilominus in locis, in quibus haec non observetur, vigetque disciplina a Concilio Tridentino Carechismo praescribita, non facile permittentur ab hac recedi solum ad indulgentiam privatae, & peculiari infirmi devotioni, sed potius Parochis inun-

geremus, ut Extremam unctionem petentibus ante Placitum suaderent; turpi, & utilis fore, Ecclesia Romana ritui, & usui a majori parte Ecclesie Catholice jam recepto, se accommodare.

Quod fecerat ad reiterationem, decernit, pluries in diversis infirmitatibus ab eodem rite suscipi, ac administrari debere; in eadem vero infirmitate, non esse reiterationem, nisi forte infirmitate remissa, iterum deinceps ingravescat, ac novum vitæ periculum accedat: immo Parochos monet, ne nimium scrupulose in hoc se gerant; sed si dubitent, an revera morbi status sit mutatus, seu num idem, vel diversum sit vitæ periculum, in quo ægrotus versetur, ut ad Sacramenti iterationem propendant, eo quod hæc iteratio conformior sit veteri Ecclesie consuetudini, & per eam novum spirituale subsidium, & levamen infirmo obtineat.

Quæst. VI. *Quibusnam potest, & debet conferri Extrema unctio?*

Res. In his solis, qui versantur in mortis periculo, oritur ex aliqua corporis infirmitate. Ex Jacob. 5. *Infirmus quis, &c.* Ex Conc. Florent. & Trid. sess. 14. c. 3. Item in his solis, qui habuerunt aliquando usum rationis, ut si dari non possit nec debeat infantibus, & nec perpetuo amentibus, ut constat ex praxi Ecclesie. Quia in his locum habere non potest forma hujus Sacramenti: *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti* cum fuerint incapaces peccati personalis. Et quia cum hoc Sacramentum sit consummativum penitentis, supponit, eum cui confertur, esse capacem penitentis, tentationum, & peccatorum actualium; in remedium enim horum institutum est. Hinc Rituale Rom. ait: *Debet hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur: & his, qui præsens desipiunt, & in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate (cum hæc fit gravis infirmitas) nisi impotentibus vero, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis, & nondum baptizati penitus denegetur. Non ministretur etiam prelium iuratis, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reus ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus. Ad dari debet vulneratis lethaliter, aut his, qui potantur venenum: nam hi habent intra se causam proximam mortis, & sunt infirmi revera, undecumque infirmitas orta sit.*

Observa. 1. Non est expectandum donec infirmus sit mortis proximus; sed dari debet Extrema unctio dum adhuc recte utitur, ut majore cum reverentia, & utilitate recipiatur: unde Catechism. Rom. dicit, Parochos peccare mortaliter, dum eam deferunt, donec infirmus privatur usui sensuum, & rationis, quanvis supposita dilatione teneantur dare infirmis usui rationis destitutis.

2. Debet dari infirmis petere non valentibus ob privationem usus sensuum vel rationis. Quia iustitiae habitualis voluntas generalis recipiendi media salutis a Christo instituta, quam habent Christiani, dum alia Sacramenta suscipiunt, vel actus amoris aut spei eliciunt; nam talis voluntas est voluntas implicita recipiendi hoc Sacramentum; & tunc præ-

sumendi quod contriti, vel saltem attriti, nisi opus sit consistit.

3. Extrema unctio, cum non imprimat characterem, iterari potest, & debet in diversis morbis periculosis, non tamen in eodem, nisi infirmus convalescerit, & postea in novum periculum mortis relaberetur. Conc. Trid. c. cit. & Rituale Romanum.

¶ De subiecto Extremæ Unctionis tria capita habentur in cl. lib. vii. de Synodo; in primo, quod ordine est 10., statuitur solos infirmos esse hujus Sacramenti capaces: *Quod quidem licet clare, et expresse non sit a Concilio definitum, ex eorumdem tamen definitionibus legitime inferitur, quoniam, Eugenius IV. definit, nisi infirmis, de quorum morte timetur, dari non debere, sanos profecto excludit. Et idem, quod Eugenius, sibi voluit Tridentinum, cum dixit, esse hanc Unctionem infirmis adhibendam. Quomobrem, iure aique merito gravis erroris insinuatim concludit Græcos, si sanos sacros unguendo oleo, huiusmodi Sacramentum conficere contendunt; ac monet Episcopos, ut severo interdico, ne Græci, qui sunt in eorum diocessibus, cum Unctionem loco satisfactionis per Confessarios imponenda, penitentibus inungant, quod Conf. 57. §. 5. vetitum sit huiusmodi verbis: Nulli per Sacerdotes, vel Confessarios pro satisfactione penitentis Unctio aliqua solummodo inungatur; infirmis vero, iuxta verbum Jacobi Apostoli, Unctio exhibetur Extrema. In duobus sequentibus capit. ea confirmat, & sensus probat, que sunt a nostro Auctore explicata; monet vero Episcopos, ut ex nonnullorum rudium hominum mente errorem evellere studeant, quo credunt, actum esse de vita illius, qui sit Sancto Oleo inunctus, ac solum ei superesse sepulcrum; quod inter ceteros, quos Sacra Unctio producit effectus, confert etiam corporis valetudinem; si hæc confert ad animæ salutem.*

Quæst. VII. *An est obligatio recipiendi hoc Sacramentum?*

Respon. Constat esse grave peccatum, si omittatur, cum scandalum aliorum, vel ex contemptu. Nec tamen Sacramenti contemptus ab ipse ingenti scelere, et ipsius Spiritus Sancti injuria esse posse. Conc. Trid. sess. 14. c. 3. Sed controversia est de precepto, præsertim divino, illud recipiendi. Hoc multi negant; at non pauci cum Toletio affirmant, & probant. 1. Ex Jac. 5. *Infirmus quis in vobis? Inducat presbyter Ecclesie etc.* Quæ vox videtur preceptum sonare, & Concilium Tridentinum sess. 14. c. 3. ex his verbis inferit, hanc unktionem mandatum Dei, & promissionem gratiæ habere. 2. Ex Concilio Cabillon. II. c. 18. *Secundum beati Apostoli Jacobi documentum, cui etiam documenta Patrum consonant, infirmis oleo, quod ab Episcopis benedicitur, a presbyteris ungi debent.* Ex hoc Conc. Colonien. an. 1539. *Episcopi autem unctio impendenda cum expositione mandati Apostolici.* 3. Ex praxi Ecclesie, que summa sollicitudine semper curavit, & curat, ut ab omnibus infirmis suscipiatur. Item ex fidelium consuetudine, & sensu: nam magnum scandalum paterecitur, si viderentur atque hoc Sacramentum recitare, quod certe non fieret, si nullam obligationem illius recipien-

di agnoscerent. 4. Quis est contra eam debitam salutis præcipue omittens sine ulla causa mediæ per se certum, & ordinarium, & prædium firmissimum (ut ait Conc. Trid.) a Christo institutum ad corroborandum contra diaboli tentationes, que graves sunt sub finem vitæ, ut idem docet, & ad liberandum animam ab æternæ damnationis periculo, in quo tunc maxime versatur.

APPENDIX.

De Orientali Ecclesia circa Extremam Unctionem disciplina.

Utraque Ecclesia Extremam Unctionem, sive, ut Græci vocant, sacrum oleum, vel oleum infirmorum, ut Sacramentum a Christo Domino institutum, habuit semper, ac reventata est. Existit apud Latinos tamquam hæretici damnata fuit, qui unktionem hæc & Sacramentorum numero exploraverunt ita apud Orientales Armenorum nonnulli, qui Variati susceperunt errores, ac alii perique ex Syris Nestorianis tamquam Novatores habiti sunt, quod contra traditionem Majorum inter Sacramenta oleum infirmorum non recenserunt. Horum errores a Theologis nostris perspicue refutantur. Nos vero hic ea tantum exponemus, que ad disciplinam Orientalis Ecclesie pertinent, ac primo agemus de materia. 1. De forma. 2. De Ministro. 3. Tandem de hujus Sacramenti subiecto.

§. I. De Materia.

Sicut in aliis, ita & in hoc Sacramento Theologi duplicem materiam distinguunt, scilicet, remotam, & proximam. Remota materia est oleum: Proxima vero unctio. Tridentina Synodus materiam, formam, ac ministrum hujus Sacramenti ex Jacobi Epistola verbis deduxit, que habentur cap. v. *Infirmus quis in vobis? Inducatur presbyter Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salubritatem inferentem, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, inquit Synodus, ut ex Apostolica traditione per manus accepta, Ecclesia adit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum hujus Sacramenti: intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum, non unctio, vestimenta Sancti Spiritus gratiam, qua invisibiliter anima ægratantis inungitur, representans formam deinde esse illa verba: *Per ipsum etc.* Quod Tridentina Synodus decrevit de materia hujus Sacramenti in oleo ab Episcopo benedicto constituta, antea in Florentina Synodo ab Eugenio IV. in Armenorum institutione, & ab Innocentio II. in sepe citata ad Decretum Eugubium Epistola circa v. sæculi initium definitum fuisse legitimus. Monet vero Benedictus XIV. in tractatu de Synodo Diocesana lib. vii. cap. 16. non obesse huius Sacramenti valori factum huius oleo parum balsami admixtionem, modo admixtio tanta non sit, ut desinat exteriorem olei speciem, ita ut non amplius oleum, sed potius unguentum, aut alterius generis mixtum artificiale censetur. Quomobrem injuria*

Antoine T. beol. Mar. Tom. III. P. I.

Galanus Armenos ob parum balsami admixtionem erroris arguit; exculam vero virum de Orthodoxa religione optime meritum, si nil aliud vellet, rem, ac Sacramenti institutionem, adhibendum esse oleum. Grævis vero est Syrorum Nestorianorum error, qui subit hoc, quod antiquitus cum univêrsale Ecclesia recipiebant, Sacramento, loco olei olivæ, quod pro infirmis ungi benedicebant, quam pro his orate, manusque super eos imponere decreverunt: nunc passim quendam componunt ex oleo, & aqua, & pulveri, seu reliquis alicujus Sancti, quam vocant Hanana, seu Tabutha, id est Gratiam talis Sancti, eamque in cornu seu vase quodam conservant in Ecclesia, pro infirmis usurpandam. Synodus Diamperien. sess. 8. cap. 17. loco hujus olei, aquam benedictam in Ecclesia Malabarica retinendam præscribit. Ita Affernanus.

Quantum oleum huiusmodi ab Episcopo debeat esse benedictum, tamen nec irritum dicendum est Sacramentum a Græcis presbyteris cum oleo ab ipse benedicto collatum, neque ea de causa reprobandum, nisi quod de Episcopi licentia, & conventientia, & tolerantia Sedis Apostolicæ id fieri possit, ut celeberrimi Theologi docent: Tam quod consuetudo hæc a mille, & amplius annis in Græca Ecclesia obtineat, ut ex eorumdem Ritualibus probant Arcudius, & Goaricus, vigueritque etiam apud Armenos, ut ex Epistola liquet Joannis XXIII. ad Osmium eorumdem Regem: Tum demum quia a Clemente VIII. & Benedicto XIV. Const. *Episc. Pastoralis* pro Græcis, qui Episcopis Latinis subsunt, decretum est: *Non sunt cogendi presbyteri Græci olea sancta præter Christum ab Episcopis Latinis Diocessibus accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentum exhibitione, ex veteri rite consueverint, & benedicantur.*

Unctio, que hujus Sacramenti proxima materia est, esse sepe laudato Eugenio decreto fieri oportet in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, in pedibus propter tactum, in renibus propter delationem ibidem vigentem, ut ita eorum singulis respondere debeat forma, tunc a Ministro pronuntianda, scilicet: *Per ipsum Sanctum unctum, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus quidquid per visum deliquisti etc.*

Unctio pedum, & renum ad hujus Sacramenti essentiam non pertinet: ut omnes Theologi fæserunt, & docet Benedictus XIV. in citato tractatu de Synodo Diocesana. Immo licet nonnulli contendere viderentur esse necessarias, tamen Summus Pontifex in opere citato unctam unktionem sufficere sub generali forma adhiberi, hoc est, quidquid per sensum deliquisti etc. ex eo ostendit, quia in plurimis Ritualibus unctio omittitur, quia in Ritualibus nonnullis Extremam Unctionem peste laborantibus administrari esse præscribitur: Licet ab Ecclesia nihil hæc de re definitum sit; tamen nullo modo dubitari posse videtur, quin vere hoc Sacramentum

puccinat unice hac unctioe, si forma illa adhibeatur, ac si rite serventur reliqua.

At sine necessitate tunc unctioes in hujus Sacramenti administratione sunt adhibende, quod probata Ritualia prescribunt, ob preceptum de quo pluries diximus. Atque hinc patet, Græcos alioque Orientales tunc unctioes hujusmodi Sacramentum administrare debere, quod recepta ab eorum Ecclesiis Eucologia præcipiunt; nec a Latinis improbari posse, aut reprehendi, quod numerum modumque unctioem non servent quem Latini ritus designat. *Quæ vero partes Græci vocant, ait Goarius, nupquam Eucologiam aperit, frontem mentum, genas, & manus, hæc sacra Unctioe liniri, tisque tactis, sensus omnes liniri, afferit. Arcadius, cui adhibetur Sineon Thefalonicensis, inquisitio a unctioe. Sacros in eorum modum rite frontem, ob contentas, in ea cogitationes; faciem quoque inungit ob sanctum organum, & postremo manus, a pravæ cogitationibus & operibus expians, sanctoque oleo munens illum, & perfecte iustificans. De peccato unde exenti prava cogitationes, & infanda cupidines, & de peccatis ad iniquitates attingendam voluptas, mentem non egit Thefalonicensis Antistes; illarum tamen unctioem hoc tempore non omitti affirmat. Arcadius lib. V. cap. 7.*

§. II. De Forma.

Quæ nunc in Ecclesia Latina sit adhibenda forma, iam supra ex Synodis Florentina, & Tridentina indicavi. Ea est deprecativa. Græca etiam Ecclesia deprecative adhibet, ut ajunt Gabriel Thesalonicensis in suo de Sacramentis opere, Arcadius lib. V. c. 3, & Neophytus Rhodiensis in Synopsi veracitate, & ut liquet ex hæc, quæ eorum Eucologiam in Officio olei Sancti presentibus. *Pater sancte, animarum, & corporum medicæ, qui Piliatum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum omnem nobis curaveris, & ex morte nos liberantem misisti: Jana quoque servum tuum N. a detinente corporis infirmitate, & vivifica illum per Christi tui gratiam, intercessionibus &c.* Hæc oratio dicitur ab unoquoque sacerdotum, postquam Evangelium dixerit & orationem, cum videlicet in unguento oleo perungit. Oratio hæc præcipuus Sacramenti effectus explicat, peccatorum videlicet remissionem, & infirmitatis levamen: estque conjuncta cum unctioe, quæ materia proxima est, quæque licet apposita olei unctioem aperte non exprimat, abunde tamen in antea recitatis precibus est patens. Quæ unguentum unctioe consentio est; & tollarium, ut ait Goarius. Armeni Variam erroribus inbuti, ut initio monui, Sacramentum hoc contra majorem traditionem respiciunt, loquendo unctioem infirmorum, inepta superstitione defunctorum sacerdotum corpora unguunt, ut si cum pravæ spiritibus æneris decerare valeant. Hæc vero, unguendo, profertur verba: *Benedicatur, unguatur, sanctificatur manus, fronti, vertici hujus Sacerdotis, per signum ihesus sancti Crucis, per hoc Evangelium, & sanctum Chrysim, in nomine Patris &c.* Si animam veritatem inter alios hujus Sacramenti effectus nonnullos credidisse, eum quoque reperiri, quo homo

munitur, ut more militis unctus, præparatus ad certamen, æreas possit superare potestates, ut in Ambrosiana hujus Sacramenti formula legi refert Goarius, vel ut si forte binc unctio discesserit, ad illas mansiones facile descendere possit, æteris immortali spiritibus ad eum accedere non valentibus, sicut ait Philadelphensis, facile erit intelligere, infirmitationem ante dictam Armeniorum Hæreticorum est hujus doctrine abusu originem trahere. Notat Goarius, supra indicata verba haberi non posse pro hujus Sacramenti forma, cuius effectus non manet, vel veritatis, sed hominis, & animæ sanctificatio est; tolerari vero posse si dicant: *Benedicatur &c. hic servus Dei per hanc sanctam Unctionem.*

Nota. Nichil hujus Sacramenti substantiæ detrahatur, si per formam, modo absolutam, non deprecativam prolatur, confertur, dummodo per tam significetur, unctioem fieri in nomine Domini, cum plures formæ occurrant modo abfoluto prolatur in probatis Ritualibus Latinarum, quas nunquam Apollolica Sedes improbat, ut videre est in laudato libro Osario de Synodo Diocesana capite XVI.

§. III. De Ministro.

Ræci, alique Orientales, qui Græcorum morem imitantur, in hujus Sacramenti administratione septem adhibent Sacerdotes & si septem non adfuerint, saltem tres. Septenarii Sacerdotum numerus plures affert Thefalonicensis rationes, qui in termino quoque Sacerdotum numero, quom sufficere putat, dum modica sit eorum copia, mystica detegit. Non reprehendunt Græcos, quod tres, vel septem Sacerdotes adhibeant: tantum enim Sacramenti reverentia, & antiquorum morem imitato plures Sacerdotes expetere videtur; immo & olim apud Latinos quoque adfuisse constat, tum ex S. Gregorii Sacramentarius, tum ex antiquis aliis ab Hugone Menard editis Ordinibus, tum denique ex Gregorii lib. c. 9. ubi, cum magna reverentia, inquit, deferatur oleum ad infirmos, & eos uncti Sacerdotes cum magno honore, & orationis celebritate, quæ ad hoc sunt ordinata. At reprehensionem maximam digni sunt, si superstitiose credant, septenarium, vel ternarium numerum mystica significacione, quam habet, suscipiunt Sacramentum magis proficere, quam si plures, vel pauciores adhibeantur, & si cum Simone Thefalonicensi impte affererent, Sacramentum hoc ab uno solum Sacerdote, abique aliorum opo, & societate non posse conferrari. Nam dum unus hoc Sacramentum administrat Sacerdos, is est Ecclesie minister le græci, ideoque totius Ecclesie virtute, cuius ministerium exercet, Sacramentum perficit. Id norant Græci omnes Orthodoxi, & qui inter Phytianos doctiores habiti sunt. Ea defensio Ruthenorum Synodi anni 1720. Zamocica celebrata; & a Benedicto XIII. anni 1724. confirmata; in qua suscepta ex antiqua Græcæ Ecclesie traditione fides ista declaratur: *Si septem aut tres haberi comites non possint Sacerdotes, ab uno confertur, qui totius Ecclesie personam gerens, ejusque virtute hoc Sacramentum perficiens infirmo confert, atque ministrat.* A Benedicto XIV. Constitit. Esti Pastoralis, circa hujusmodi Sacramentum hæc pro Græcis

statuta leguntur §. V. n. 2. *Infirmis juxta verbum Jacobi, unctio exhibetur Extrema n. 3. nec refertur unum eadem Extrema unctio per unam, vel plures Presbyteros seu, ubi hujusmodi, vixit consuetudo, dummodo certant, & afferant, illud Sacramentum, servata debita forma, ab uno presbytero valide &c. licite conficit.* Et n. 4. idem Sacerdos materiam adhibere, formamque pronuntiare respectivo debet, ac propterea qui uncti, idem dicat materiam respondentem, nec alius unget, & alius formam pronuntiet.

Nota 1. Quæquam per unum Sacerdotem valide ac licite Sacramentum istud perficitur; tamen rem laude dignam, atque debitis huic Sacramento reverentia maxime consentansam faciunt, qui plures Sacerdotes adhibeant; aut si Sacerdotes dediti, clericos sive etiam laicos religionis & pietate præstantes, qui pro unguendo orant infirmo; id enim est juxta Jacobi monitum, & consuetudinem antiquam.

Nota 2. Ed. in more positum apud plerisque Græcos, ut plures, immo septem qui hoc administrant Sacramentum Sacerdotes, infirmum successive ungant oleo, formamque pronuntient. Repetitio hæc unctiois, ac formulæ singulari Sacerdotibus septies facta, viâ ed. Arcadio Sacramenti abique necessitate nulla iteratio, atque unctio ex navis, quibus passim Græcorum ritus oblectantur. Negat vero Goarius consuetudinem hanc ab usum dici posse. Immo contendit, id esse Jacobi monitum consentaneum, qui concessit, hortatusque est, plures advocandos esse Sacerdotes, ut ore pro infirmo, ungentes eum oleo, & atque Eucologiam eum Latino a Gregorio III. qui loco supra citato, ait, cum reverentia deferatur oleum ad infirmos, & eos unget, Sacerdotes. Neque assensu posse putat, iterari tunc Sacramentum, tum quia licet hoc Sacramentum, unica perfici possit unctioe, cum forma eidem respondente; tamen plurimarum partium unctioes, repetitis etiam verborum formalis, eum invicem servant ordinem, ut ad unum perficiendum Sacramentum referantur. Ecce ergo unctioes repetite a pluribus Sacerdotibus tam congruam aptumque non possunt invicem habere ordinem, ut nominis unius tertius partes, & membraque, moralis quadam conjunctione inter se coopate computentur? Tum etiam quia possunt plures Sacerdotes eo animo omnes infirmum unguere, formulamque pronuntiare, ut omnes simul velint unctum tantum Sacramentum perficere, quo casu unctum duntaxat Sacramentum esse; non fecit sic unctum Eucologiam Sacramentum perficitur, dum plures Sacerdotes simul consecrationis verba profertant. Accedit etiam, motum hunc indicari, ac probari quodammodo in supra citata Ruthenorum Synodo a Benedicto XIII. approbata, per hæc verba: *Quæquam in Græca Ecclesia receptam fuerit, prout aliquando etiam in Latina, ut septem Sacerdotes, bisque defensionibus, tres saltem, advocarentur ad ministrandum hoc Sacramentum, hique omnes materiam administrarent, & formam profertent, stant autem Ecclesie Pastores, plures de causa adhiberi solitos Sacerdotes, cum obviarentiam ejusdem, & gratia copiam, quam confert, tum ut plurimum Sacerdotum præces effectum Sacramenti coadjuvant. Nolo contra Goarii opinionem Græcos reprehendere,*

abususque in hujus Sacramenti administratione infirmulare. Cavendum vero est, ne hujusmodi consuetudo occasione præbeat existimandi contra Ecclesie definitioem, plures esse necessarios presbyteros ad Sacramentum istud conficiendum; aut damnandi eos, qui per unicum Sacerdotem confert, juxta Ecclesie suæ morem, ac si minus recte administrant.

§. IV.

De Extrema Unctiois Subjecto.

Subjectum hujus Sacramenti homo est; pro cuius salute a Deo institutum fuit. At non quicumque homo, sed qui Christianus sit, qui sit infirmus, ac etiam peccati capax; quomobrem potest ante usum rationis, & qui nunquam rationis usum exercuerunt amentes, quod per visum, auditum &c. non poterint peccare, hujus Sacramenti incapaces habentur. Græci præter infirmos, etiam sanos & bene valentes unguere solent in remissionem peccatorum, quod liquet ex eorundem Eucologia, afferente Hieronymi Patriarchæ Constantinopolitani, in censura adversus Augustinam Lutheranorum Confessionium lib. 1. cap. 7. Leo Allatus de consensu Ecclesie Occidentis & Orientalis lib. 9. cap. 16. & Arcadius lib. 5. c. 4. Quinimo ipsimet Episcopos, & postquam feria 5. majoris hebdomadæ, infirmorum Oleum sollemni ritu consecravit, non jubet illud offerri ad egrotos suo tempore defendendum, sed totum statim infusum, omnes unguendo adfidentes, ut Goarius ait, in suis ad Eucologiam notis. Narrat etiam Joannes Nathanael presbyter, ac magnus Oeconomus Cretensis in responsione ad quæstia sibi facta a Viviano Episcopo Ahagnino circa morem Græcorum, Græcos Sacerdotes, loco satisfactiosum, in Sacramentali confessione penitentibus imponende, solitos fuisse in nonnullis locis, haud exigua tamen accepta mercede, eosdem Sancto oleo unguere ut talis modo a peccatorum reliquiis, penitus pro his laudandem abolerentur; quem ab usum post Nathanaelem improbravit etiam Arcadius lib. 5. c. 4. Arcadius in ea fuit sententia, ut Græci presbyteri hæc unctioe verum Sacramentum perficere contendant, curus capax esse non solum infirmos, sed etiam sanos ac vegetos corpore homines, plures idcirco ait eorumdem Auctores. Sed quod mirum est, etiam apud Latinos illa Græcorum opinio suos est, nacta patronos. Nam Juveninus de Sacramentis, differ. 7. g. 7. cap. 3. & Saverbeuve de Sacramentis, Extremæ Unctiois, disp. 5. art. 1. & Cyrillus Jursiculensis Neapolitanus in sua institutione Canonica, ex illa Græcorum consuetudine quæ licet antiqua sit, nunquam tamen ab Ecclesia, nequidem in Florentina Synodo, ubi Græcorum errores ab usibus examinati fuerint, improbat fuit; concludit, Latinos quoque ac benevalentes homines hujus esse Sacramenti capaces. At errant vixi ceterorum docti Jacobus etiam infirmos ungentes presbyteri. Infirmum quis in unctioe. Quæ verba in Theologiarum consensu sunt interpretati, ut inde plane confici existimantur; solum infirmum esse capax hujus Sacramenti subjectum; unctioem vero Theologorum consensu efficax est ad dogma Catholicum

confabulandum argumentum. Accedit etiam, quod in Florentine Synodi decreto statuitur. Hoc Sacramentum, nisi infirmo, de casu morte timeatur, dari non debet; & Tridentino Concilio sess. 22. cap. 3. declaratur etiam, esse hanc Unionem infirmis adhibendam, illis vero presertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vite constitui videantur. unde & Sacramentum exequitum nuncupatur.

Goariorum vero, ut Græcos ab errore vindicet, quod compertum habeat, esse a communi Ecclesie fide alienum asserere, sanos, beneque valentes homines apertum esse hujus Sacramenti subiectum, ait Græcos non adhibere sanis hominibus unionem hanc, tamquam Sacramentum, sed veluti ceremoniam, ac sacramentalem quamdam benedictionem. Goari opinionem probare vult sancti. Mem. Benedictus XIV. de Synodo Diocesana lib. 7. c. 22. per hæc verba, quibus adversariorum dilicit loquimur. Ad plerumque Concilii Florentini veritas deducimus, sapientissimi illi Patribus fuisse persuasum, sanctam Unionem a Græcis Sacerdotibus non adhiberi hominibus bene valentibus, tamquam Sacramentum, sed veluti ineram ceremoniam, & sacramentalem quamdam benedictionem: Græci enim, qui de singulis suis ritibus coacti sunt rationem reddere, gravem utique reprehensionem non evasissent, si comperti fuissent, hæc in re a communi, & constanti Ecclesie Latine traditione, & præci aberrare. Quamobrem jure meritoque, ait, Græcorum morem, juxta Arcudii explicationem, gravis fuisse erroris infimulatum, atque damnatum a Raynundo, & Gonzalez, alique. Quæritur, scilicet, Episcopi Latini, in quorum potissimum commodum hanc materiam prolixius tractavimus, Diocesis præfidentes, quos Fideles incitant ritus Græci, diligenter invigilent ne idem in eis veretur errore, ut credant per unionem, de qua loquitur, Sacramentum confiteri, & severe interdici, ne ea unquam loco satisfactionis per confessarios imponenda, Penitentibus injungatur, ut illi ritum esse etiam Constat. sup. cit.

Nota. Quamquam Goarios probare videatur, tenerari posse in Græcis hujusmodi unionem, que præ se merant ferat ceremoniam; tamen non adeo facile ab omni posse abusu credidit. Primum, quod ferri nullo modo posse videatur, ut institutum a Christo Domino Sacramentum pro arbitraria ceremoniam adhibeatur. Quodque difficile non sit hujusce abusus originem detegere. Ex Innocentio III. ad Decretum epistola, nonnulli Scriptores deducunt, in more fuisse positum etiam apud Latinos, ut ad medeodis corporis languores, unctio aliqua, a Sacerdotibus ferret factor Oleo, que Sacramentalis non esset, & a Jacobo indicata, sed mere ceremonialis, eique, de qua Marcus c. 6. loquitur, respondens. Verissime est hanc etiam apud Græcos in usu fuisse, qui progressu temporis loco precum quas ex arbitrio fortasse Sacerdotes recitabant, Extrinsecas Unionis formulam adhibere ceperant. Deinde sæpe a nobis citatus Hieremias Patriarcha, alique Græci scriptores unionem hanc verum esse Sacramentum docent: nec desunt presbyteri apud eos, qui dum hanc adhibent, esse Sacramentum administrare velle afferunt; atque eorum præterea, qui unquam, Sacramentum se suscipere credunt. Hac ve-

ro, vel ipso Goario teste, manifeste præferuntur abusus. Denique Nathanael sapientissimus frequentes hujusmodi uniones ex presbyterorum avaritia desumere videtur, qui solent ab unguendis pecuniam accipere. Hujusmodi abusus ezechemiam suspensam faciunt, que sane, si ab illis separari non possit, videtur potius tollenda. Neque certo constat, a PP. Florentine Synodi hæc de re Græcos fuisse interrogatos, ut inde consilii possit, ab eis fuisse approbatam ceremoniam, quam loquitur. In supra vero citatis tractatus de Synodo Diocesana verbis, Summus Pontifex supponit cum Adversariis, quos refellit, hanc fuisse in Synodo controversiam expensam, ac statuit, præmissis examine non potuisse nisi ut meram ceremoniam pertraheret. Et sane subditi abusus ut ceremoniam tolerari antea potuissent, cum nullum de ea esset Ecclesie Judicium; at modo adest Summi Pontificis sententia, verbis mox indicandis expressa.

Disputatur et sub Urbano VIII. & deinceps anno 1577., num ex Græcorum Euchologio desenda esset unquam verba, quam innuere videtur, licitum esse, hoc Sacramentum etiam bene valentibus administrare; sed in confesso habito anno supra indicato die 3. Septembris definitum est, approbate etiam ipso Pontifice Maximo Benedicto XIV., nihil ex textu immutandum esse, sed quod necessario servari debent adnotari oportere in Monito, initio Euchologii præponendo. Prodit vero Euchologie præfixum monitum, in quo declaratur, felle esse infirmis hujusmodi Sacramentum administrandum; Nihil vero, inquit sapientissimus Pontifex in Epistola de Nova Euchologii editione, nihil necesse visum est Euchologii textum hic mutare, propterea quod illius verba, undæqueque percepta, apparsit, rectum illi sensum, sanamque interpretationem, ritibus posse. Neque enim ibi dicitur, ut Sacramentum ministretur, qui bene valent; sed ut si quogue innoventur, qui ad Ecclesiam se conferunt; id quod per commode intelligi potest de iis etiam, qui gravi morbo affligi, possunt nihilominus ad Ecclesiam vel pedibus suis accedere, vel altorum ope deferri; ibique in propria devotioni magis satisfaciunt, Extreme unctiois Sacramentum sibi ministrari postulant; cuiusmodi exempla in ipsa quoque Occidentali Ecclesia non desunt, ut videre licet apud Martene de Antiquis Ecclesie Ritibus lib. 11. cap. 7. art. 2. n. 7. & 8. & penes Mabillonium in præfatione ad fasciculum primum in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini s. 9. n. 101.

Adde præterea Pontifex, quod quædam Græci dixerit verum fuerit, Extreme unctiois Sacramentum aliis conferre, præterquam in infirmis, quod quidem gravi morbo laborantibus, istud nihilominus interdictum non fuit, quominus oleo lampadis, quod ad sanandam infirmitatem in Ecclesia asseratur, innungant ezechemiam, alique, qui vel devotionis gratia, vel ut aliquo bromado liberentur hujusmodi unionem petunt; quomodo oleum in ea lampade asseratur, nequaquam ab Episcopo, aut Sacerdote consecratum, sed esse non utendum eo in Extreme unctiois administratione. Adde præterea nec licere extra gravem infirmitatis causam, unionem hanc, vel una cum forma, aut etiam omnia Sacramenti forma, adhibere, cum minime sit

ceat Sacramentum a Christo Domino institutum, in arbitrarium quamdam, licet piam, ceremoniam convertere, ut dea supra expostulamus. Nec licere Parochis, oleum hujusmodi ad ægrotos, alioquoque petentes mittere, ad hoc ut eo in suis infirmitatibus se huius; & contra facientes a Tribunali Ecclesiastico puniendos declarat, vel tamquam abutentes Sacramento Ecclesie, vel tamquam suspectos non recte fidei circa hujusmodi Sacramentum.

Denique, Unionem pro Penitentia, sive satisfactione a confessorio imponi Penitenti non posse decernit; hujusmodi vero abusum ex eo apud Græcos nonnullos ortum existimat, quia in Canone 74. ex his, qui in versione Arabica Niceno Concilio tribuantur, statutum legitur, ut si quis Fidelis cum infirmis muliere impudice veritatis fuerit, post diurnam per diem penitentiam, Ecclesie reconciliatur per Aquam benedictam, & Oleum infirmorum. Ex quo, si fides habenda sit Joanni Nathanaeli in responsione de moribus Græcorum, & Francisci Ricardio de Expeditione sacra cap. 22. abusus ille inducitur, ut penitentibus divitiis, pro Sacramentali penitentia, hujusmodi unctio imponeretur. Improbatus autem fuit hujusmodi abusus ab Innocentio IV. Clemente VIII., aliique Romanis Pontificibus, ac etiam ab eodem S. Mem. Benedicto XIV. conf. Epi Pastoralis.

Armenis, ut refertur Galanus feria 5. majoris habdomade, non oleum Græcorum more, sed butyrum, post lotionem pedum consecrare, sive benedicere solent, per hæc verba: Sanctifica Domine hoc butyrum, ut medicamentum omnium ægritudinum, & sanitatem afferat ammalibus, corporibusque illorum, quibus applicatur in memoriam illius unctiois, que in Christi pedibus a Magdalena facta fuit. Atque hoc deinde augere solent omnes. Unctio hæc eo sine adhibita, ut in memoriam revocetur ea, qua Magdalena, pedes unxit Jesu, remissionemque peccatorum obtinuit, non videtur improbanda. Nec refert, quod Galanus opponit, unionem hanc alias Ecclesias non usurpare: nam particulari Ecclesie ritus, qui fidei, & morum honestati contrarii non sunt, in Orientalibus Ecclesiis ab Apostolica Sede tolerantur, ut plurimum dictum est. Ique præsertim dum aliquam Christi Domini actionem in memoriam revocet. Jure vero reprehenditur oratio illa, quam in hujusmodi unctiois, quoque asseritur universioni Ecclesiam ab Apostolis acceptam unguentis hujusmodi benedictionem, ut veniens Spiritus Sanctus sanctificet illud in remissionem omnium ægritudinum etc. Nam falsum est, ut discutitur per antiquorum Patrum traditionem liquet, universionem Ecclesiam hanc acce-

pisse ab Apostolis consecrationem, ac butyri benedicti rationem: ex qua falsa præsumptione, qua putant ex Apostolis ortum docere hujusmodi precem, vana in his fides atque fidei confusio, qua putant, vim hunc unguentum inditam esse, qua ægritudines omnes curari possunt (17).

TRACTATUS DE ORDINE.

Ordo sumitur dupliciter. 1. Pro specialis quamdam potestate stabili exercendi aliquid officium relate ad consecrandam Eucharistiam, certo ritu sacro sollempni collata. Et hoc sensu est quid permanens. 2. Pro ipsa Ordinatione seu ritu sacro, quo potestas illa confertur. Et hoc sensu est quid transiens, & Sacramentum, definiturque Sacramentum novæ Legis, quo stabiliter confertur potestas ad consecrandam Eucharistiam, & ad alia Ecclesiastica ministeria, ac tam aliquo modo spectantis vite obitum.

Quest. I. Quæ sunt Ordines? Resp. Septem, scilicet Sacerdotium, Diaconatum, Subdiaconatum, Acolythatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus, ex Concil. Flor. & Trid. sess. 21. c. 1. Tres priores dicuntur majores, & sacri, tum ob votum sollempne castitatis annexum, tum quia proprius pertinent ad Eucharistiam. Primum Ordo seu Sacerdotium subdividitur in duos Ordines tamquam in duas species; nempe in Sacerdotium majus, seu Episcopatum, & Sacerdotium minus, seu Presbyteratum.

Prima Tonfura non est stricto Ordo, sed prima dispositio ad Ordines; nam per eam non traditur potestas ad illum ministerium pertinens ad Missæ sacrificium: sed solum confertur aliqua dignitas, qua homo constituitur in statu clericali, siquæ ea nec recipiendi beneficii Ecclesiastica, & Ordines. Unde cum c. 22. de altare pres. dicitur per eam consecrari Ordinem clericalem, Ordo ibi sumitur late pro statu clericali, vel nota per quam quis ex statu Laicorum evahitur ad statum clericalem.

Quest. II. Sunt ne singuli Ordines Sacramenta? Resp. Est de fide quod Ordo generatur sumptus, sive Ordinatio aliqua, sit vere & proprie Sacramentum. Ex Conc. Trid. sess. 23. can. 3. Secundum omnes Catholicos Presbyteratus est verum Sacramentum. Idem sentitur precipue de Episcopatu, ut distinctio a Presbyteratu. Certum etiam multis videtur, Diaconatum esse verum Sacramentum. Idem multi, paucis exceptis, docent de Subdiaconatu. Sed non pauci id negant de Minoribus: (18)

(1) Quædam Extremam Unctionem hæc addemus ex Benedicti XII. Infl. Eccl. 83. Ait enim ibid. s. 2. Ex can. i. quis de alio de Consecr. dist. 4. colligi veritatem esse Parochis aliud christiana quam ab Episcopo suo consecratum adhibere, omni quacumque exemptione exclusis, ut ex Hæserino. Ibidem s. 2. habetur, quod cum novum benedicitur christiana, vetus comburi debeat, nec liceat ab eo necesse veteri christiana uti ad Extremam Unctionem, cum novum haberi possit, ut ex can.

222. distinct. 4. de Consecratione colligitur Doctores. Licet porro oleo consecrato admiscere aliquot olei non consecrati, quod tamen fit in minoris quantitate, quam consecratam; sed nec fas, nec ratio permittit, ut veteri oleum, cum post novum haberi, ea admixtione perpetretur. Item s. 6. ait non licere deferre sacra Olea nisi Subdiaconis, vel Diaconis, vel Sacerdotibus. (2) Ordinem verum esse novæ Legis Sacramentum ex consensu Theologorum omnium, & Conc. Trid.

¶ Vid. c. 24. De Synod. Dioces. In quo sumitur hæc controversia tractatur, & mouetur Episcopus non posse indubitanter sacrilegij damnari, qui cum conscientia peccati lethalis Ordines, Diaconatu inferiores, suscipere non reformidant, ne tali pacto, controversiam ignoretur aut illam videantur decidere.)

Quæst. III. Quanam est materia & forma Ordinum?

Resp. Certum est, illorum formam esse verba prolata ab Episcopo illorum ministro, dum materiam essentiali applicat. Sed Theologi dissentunt circa essentialiam materiam Presbyteratus, & Diaconatus. In praxi diligenter obseruanda sunt ea omnia, que in Pontificali Romano præscribuntur: tum quia id tutius est ad valorem; tum quia ritus integer necessarius est saltem ex præcepto. Hinc si quid forte omittitur fuerit, illud caute supplendum est, ex c. 1. & ult. de Sacram. non iterandis.

¶ Eodem lib. 7. cap. 26. plura hæc de re explicantur, & n. 1. 2. & 13. legitur Sac. Cong. Conc. aliquando respondisse, iterandam sub conditione Ordinationem presbyteri, in qua ordinandus non accedit ad porrectionem Calicis cum vino, & Patenam cum Hostia.)

Quæst. IV. An ad validam ordinationem requiruntur contactus physici instrumentorum?

Resp. Quamvis multi putent, sufficere contactum morale patenam, quo quis calicem tangens censetur & patenam superpositam tangere; tamen quia hoc non est arduo certum, in praxi curandum est, ut senser immediate, ac physice tangantur & Calix, & Patena cum Hostia. Item die aliis nam circa Sacramentorum valorem tenentur sequi in praxi partem tutiorem, relicta incerta, licet probabilior.

Quæst. V. Quisnam est Minister Ordinis?

Resp. Solus Episcopus citi minister ordinarius omnium Ordinum ex Concil. Flor. & Trid. sess. 23. cap. 4. cau. 7. Ex commissione tamen Papa simplex Sacerdos conferre potest, 1. Tonsuram & minores Ordines; ex Concil. Trid. c. 10. id aperte supponente, & ex praxi recepta. Nam Cardinales in proprijs Ecclesijs, & Abbates eos de facto conferunt. 2. Subdiaconatum, ut latetur omnes, & de facto hoc privilegium Abbatibus pluribus concessum est. De Diaconatu negant multi.

Episcopatum vero & Sacerdotium nunquam conferri nisi ab Episcopo constat ex Traditione; & perpetua praxi Ecclesie, in qua nunquam ab alio collata sunt.

definitio sess. 23. cap. 2. certum est. Id vero Sacerdotio conuenire una est omnium Theologorum. Cælihorum vero, nec sine periculo grauis erroris id negaretur de Episcopatu, quamvis diuersimodum esse Ordinem a Sacerdotio, sed eius extensionem, perfectionem, complementum teneretur. De Diaconatu quamquam certum non sit de fide expressis quorundam Theologorum, attamen ex Tridentini definitione aliquando minor sit questio præ cæteris inferioribus. Hanc definiendam

Quæst. VI. Quisnam Episcopus potest licite ordinare?

Resp. Solos suos subditos, vel habentes dimissiones, vel speciale ad id privilegium, ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 8. ubi ordinans subditum alienum sine consensu & testimonio proprii Ordinarii de probitate & moribus ordinandi, suspēditur ad annum a collatione Ordinum: ordinatus vero ab executione Ordinis suscepti, quamdiu videbitur proprio Ordinario. Item non licet Episcopo ordinare etiam suos in die alterius sine huius consensu.

Porro ex triplici capite quis censetur fidelis aliquis Episcopi, ut possit ab eo ordinari. 1. Ratione originis, quia nempe in eius diocesi natus est: Dammodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione minorem trinitatis, oporiet, legationis, mercaturæ, vel casus alterius temporali moræ seu permanentis eius patris in illo loco: quo casu nullatenus eiusmodi foruita natiuitas, sed vera tantum & naturalis patris origo ritri attendenda. Ita Innoc. XII. const. Spectatores. 2. Ratione domicili, qui in eius diocesi habitat animo ibi perpetuo manendi. 3. Ratione beneficii, quod in eius diocesi possidet, ex c. 3. de tempor. ordin. in 6. in Gallia tamen haberi solet ratio solius originis.

Nota. Omnis & solus mas baptizatus potest valide ordinari, non tamen inuirus.

¶ Nota. Ex c. 26. citati libri DE SYNODO, Episcopus Ordines collaturus, laudabiliter sui cæturis præcipit, ne quis canonico impedimento irretitus, aut sine legitimo patrimonio ad Sacros Ordines accedat. Sed improbat Episcopi protestatio, se non habendi intentionem ordinandi irregulares, censuris innotatos, legitimo patrocinio, aut beneficio &c. carentes n. 2. Si quis aliquo ex his impedimentis detentus, ordinetur sub tali protestatione, cui alligata fuerit Episcopi intentio, erit iterum absolute ordinandus: si dubia sit Episcopi intentio, Ordinatio sub conditione erit iteranda.)

Quæst. VII. An seruanda sunt interstitia?

Resp. Conc. Trid. sess. 23. c. 11. statuit, ut Minores ordines per temporum interstitia conferantur, nisi aliud Episcopo expedire magis uideatur. Inter ultimam autem Ordinem minorem uideat ad sacros Ordines annus interjiciatur: Nisi necessitas, aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat, ibid. A subdiaconatu ad Diaconatum, & ab hoc ad Sacerdotium similitur annus interjiciatur, ex cap. 13. & 14. Circa que interstitia Episcopus dispensare potest ob Ecclesie necessitatem, vel utilitatem. Sed non potest

Pontifex nequam se assumptisse profiteretur. Quare uetus Episcopi, ne sacrilegij crimine in suis Synodis eos damnet, qui cum conscientia peccati lethalis Ordines Diaconatus inferiores, suscipiunt. Quamvis alio nomine sacrilegij grauius uocatur, cum sacra Ordinatio fieri plebanoque non liceat, nec possit extra Missarum solemniam, in quibus recenti iustitiæ sacra Eucharistia participari, cui irreuerentiam grauem irrogaret ille, qui cum conscientia grauius peccati ad eam suscipiendam accederet. Bened. XIV. De Synod. Dioces. lib. 7. cap. 24. per totum.

teff sine dispensatione. Papa duos majores Ordines una die conferre, ex cap. 13. & cap. Litteras de tempore Ordinis.

¶ Puro minoribus Ordinibus conferri possunt Dominicus, & alijs festiuis diebus. Sacri uero solum quatuor temporibus, aut Sabbato Sancto, vel Sabbato de Passione, c. 3. de tempor. Ordinis. Tonsura autem clericalis quocumque die & hora. Lib. 7. c. 62. n. 5. refert, Sac. Congr. Conc. respondisse, Ordines minores, & Subdiaconatum eodem die non esse conferendos.

Quæst. VIII. Quanam requiruntur, ut quis licite ordinetur?

Resp. Sequenti, 1. Confirmatio, & Tonsura que ex Conc. Trid. sess. 23. c. 4. non debet conferri nisi iis, qui fidelis audientia collecti, & scilicet legere ac scribere, & de quibus probabilis coniectura sit, eos clericatum elegisse, ut Deo fidem cultum præferant.

2. Certa ætas. Pro Minoribus nulla a iure definitur; sed Concil. Trid. statuit solum, ut non conferantur, nisi iis, qui saltem linguam latinam calleant, c. 11. Pro Subdiaconatu requiruntur anni xxxii. pro Diaconatu xxxiii. pro Presbyteratu xxv. ex Conc. Trid. c. 22. sufficit ex usu recepto, ut hi anni sint inchoati. Pro Episcopatu requiruntur anni xxx. completi, c. 7. de elect. In Gallia sufficit annus xxxiii. inchoatus, ex Concordat.

3. Inimunitas ab omni censura, & irregularitate. 4. Status gratie, morum probitas, bona fama, uocatio diuina, intentio gloriæ Dei promouende seruendi Ecclesie.

5. Certa scientia. Conc. Trid. requirit, ut suscepturi Subdiaconatum & Diaconatum sint litteris, & eis, que ad Ordinem exercendum pertinent, instructi, ut suscepturi Sacerdotium possint populum docere necessaria ad salutem, & sciant necessaria ad sacramenta rite administranda, sess. 23. cap. 13. & 14. Item ex Patribus & Concilijs debent Scripturas sacras & Canones edicere & scire.

6. Secularis non potest licite ordinari, nisi titulum substantiationis habeat ex beneficio, vel patrimonio, vel pensione sufficienti ad vitam honestam: ita ut si quis singul titulum, aut pactum in ead de restituendo, vel non exigendo eo, quod datur illi in titulum, peccet mortaliter, & suspensus sit, ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. ubi antiquorum canonum penas super his innotat, & ex Urbano VIII. const. Secretis. Idque teste Fagnano declarauit Sac. Congr. Card. Nec obstat cap. Cum secundum de prebend. Nam ibi agitur solum de iis, qui nullo requisito titulo ordinati sunt; non autem de iis, qui titulum fixerunt, quibus fraus patrocinari non debet. Nec ordinato licet sine licentia Episcopi resignare, aut alienare titulum, ad quem promotus est; nisi aliunde habeat unde commodè uiuat, ex Conc. Trid. c. cit. Quod si quem Episcopus absque titulo ordinaret, teneretur ei necessaria ad sustentationem supplicare, c. 4. & 16. de prebend.

Nota. Qui ordinatur per saltum, hoc est qui suscepit Ordinem superiorum, inferiore prius non recepto, peccat mortaliter, & manet suspensus ab usu Ordinis sine suscepti, c. unico de Clerico per saltum promotio. Si tamen non ministraverit, potest Episcopus ex legitima causa eum eo dispen-

fare, Condi. Tridentina. sessio. 23. cap. 13.

APPENDIX

De Uniuersæ Orientalis Ecclesie circa Ordinem disciplina.

Uniuersa Orientis Ecclesia circa Ordinem, ac Ecclesiasticam Hierarchiam cum Romana Ecclesia Orthodoxam fidem conseruat. Sed circa disciplinam Orientales Ecclesie, tum a Latina, tum inuicem dissident, argus earum nonnulli post separationem a Romana, & Apostolica Ecclesia, abusus plerisque, contra antiquæ Ecclesie morem, ac ueterum Patrum traditionem habent, & fouent. Ut patuis, que magis præcipua sunt, complectamur, traditionem hanc in quatuor §§. distribuemus. In primo agemus de Ordinum numero, iuxta cuiusmodi Ecclesie Orientalis morem: in alio de Ordinis materia, & forma: in tertio de ordinandorum ætate, aliisque, que ad rite suscipiendos Ordines differuntur, ubi etiam de obligatione Clericorum. In quarto uero, de Ministro ordinario huius Sacramenti.

§. I. De numero Ordinum, quos Orientales admittunt.

Ecclesia semper præter Sacerdotium alios Ordines habuit majores, minoresue, per quos uelut per gradus quosdam homines in Sacerdotium tendent. In Latina Ecclesia minores sunt, Ostrarius, Exorcistatus, Lectoratus, & Acolythatus; majores uero præter Sacerdotium, Diaconatus, & Subdiaconatus; qui Ordinum numerus non nouis, fed antiquus est, atque a primis ductus Ecclesie temporibus. Totidem enim Ordines numerari Cornelius Papa tertio Ecclesie saculo in Epist. ad Fabium Antiochenum, ut legere est apud Eusebium lib. 7. hist. Eccl. c. 23. ac Conc. Carthag. II. De hoc uero Ordinum numero ita loquimur, ut non recenter excogitatum, sed ex maiorum traditione ab Ecclesia acceptum designet. Ex Orientalibus cum Latinis consentiunt Armeni, qui, teste Galeno, Ordinationis ritum, postquam a Græcis separati sunt, ex Sacramentario, quod Gregorio Magno tribuitur, acciperent. Hinc Minores Ordines habent, conferuntque Latinorum more, eademque ac ibi habent admittuntur Subdiaconatus, Diaconatusque rationem; licet in Presbyteratu conferendo solum manuum impositionem pro materia habeant. Qua de re in iuria reprehendi uidentur a Galano: nam in Gregorii Sacramentario sola manuum impositio uelut Presbyteratus materia designatur; habetur enim: Presbyter cum ordinatur, Episcopus cum benedixit, & manuum super caput eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super caput eius tenent; atque oratio illa, que, Episcopo manus imponente, recitanda prescribitur, ea dicitur, qua Presbyter conferatur: Accedit etiam, nauquam Ecclesiam, collatum hoc modo Armenis, aut suspectam, ut infra diemus.

Orientalis reliqui, licet omnes in Clerum homines cooptare soleant Tonsuram, eoque ita ad ordines dis-

ponere Latinorum more; tamen circa Ordinum numerum a Latinis diffident. Incipiam a Græcis: Gregorius Hieromonachus in Synopsi de Sacramento Ordinis: *septem*, ait, *erant antiqui Ordines*, quos ita recenset Gabriel Philadelphienfis c. 3. quod est, *de quantitate & numero Ordinis. Septem sunt Ordines Sacerdotum. 1. Episcopus, & Acolythorum. 2. Exorcistarum, 3. Lectoris. 4. Subdiaconorum, 5. Sacrorum Diaconorum, 6. Sacerdotum. 7. Presbyterum Sacerdotum Episcoporum.* Confessio denique Orthodoxis Ecclesie contra Iulianos responsio III. habet: *Sacerdotium completur octavo gradu, aperte nihilominus, ut dicitur per ordinem. Hoc est Lector, Cantor, Lampadarius, Subdiaconus, Diaconus, de quibus latius tractant ritualia Pontificum, qua dicitur Testatrix.* Censet Emmanuel Schellstrate in nota ad hunc locum, Græcos olim habuisse etiam Oiliarios & Exorcistas; sed si Ordinem feceramus quibuldam officis Ecclesiasticis nulla sacri characteris nota conspicuis facile competens, Græcos præter Lectorum, & Subdiaconum, quem inter minores Ordines recensent, alios non habuisse Ordines. In Ecclesia enim per plura secula, præter Clericos sacro Ordinis characterem insignitos qui a Græcis semper per manum impositionem initiari consueverunt, quippe in gradu constituti dicebantur, fuere alii ministri, qui sine ulla ordinatione officis nonnullis Ecclesiasticis deputabantur, que Christianorum quosque, Episcopo mandante, exercere poterat: quosque inter Clericos, sive potius homines divino seruitio addictos Patres recensent. Sic Irenæus in *epist. ad Antiocheos*, recensens eos, qui Ecclesie essent addicti, numerat, *Lectores, Cantores, Janitores, Laborantes, Exorcistas, & Confessores.* Et Epiphanius in *fidei expositione*, post Episcopum, ait, esse *Presbyterum, Diaconum, Subdiaconum, & Lectorem*; post hos vero venire *Exorcistas, linguarum interpretes in sacris Lectionibus, & Concionibus, quos Laborantes sequuntur, qui mortuorum corpora curant.* Colligitur hæc distinctio ex Epist. S. Basilii ad Amphibolium, *canone II.* ubi habetur, *quod adversus Clericos statutum est, canones indèferre ediderunt autem in illis, qui lapsi sunt, supplicium decerni jubentes, a ministeriis scilicet motionem, sive sint in gradu, sive etiam in ministerio, quod non imponis manibus datur, præterea non.* Idem etiam non obscure indicavit Epiphanius distinguens a Lectoribus Exorcistas, interpretes, alioque; licet præterea ex eo, quod Exorcistas, quos Latina Ecclesia pro initiatis clericis habet, non ordinantur in Orientali Ecclesia: *Exorcistas*, inquit Auctor *Concl. Apost. lib. vi. c. 26.* non ordinatur: hoc enim est spontanea concessio divina erga homines benevolente & gratia: Et quod Græca Ecclesia a mille & amplius annis præter Lectorum, & Hypodiaconum alios inferiores sive minores Ordines non agnovit, quin novitatis ab aliquo insinulatum fuisse fatemur. Hos tantum Ordines recensent Eucharologia a mille & amplius annis exarata: Et Ioan. VIII. Romanus Pontifex, ubi pacem iniit cum Photio, hæc scripsit ad Imperatorem: *Volumus autem secundum Canones, ut talis promovatur per singulos gradus Ecclesiasticos probatus, ut sit primus Lector, deinde Acolythus (Acolythum Subdiaconum vocat) postea Diaconus, tum Presbyter, post Episco-*

pus. Damascenus, denique in Dialogo contra Manichæos, ait: primus gradus Lectoris est, deinde Subdiaconi, tum Diaconi, postea Presbyteri, ac tandem Episcopi; atque isisimiliter longe antea PP. Concilii Sardicenis afferuntur can. x.
 Atque hinc facile patet, nunquam in Græca Ecclesia alios fuisse minores Ordines præter Lectorum, & Subdiaconum, in quibus Clerici sacro characterem insigniti essent; sed habuisse ac etiam nunc nonnullas Ecclesias habere homines ecclesie seruitio addictos, & ad Ecclesiastica quedam officia sine Ordinis collatione a Pontificibus deputatos; ut de Exorcistis loquitur Auctor *Concl. Apostolicarum hæc* supra citato, & Eucharologia nonnulla afferunt de *Cantoribus, Oeconomis, Templic Cassidibus, Diaconis secundis & aliis quos Pontifices officis deputare, sive in Ecclesiasticum ordinem insinuerent, sicut, per hæc verba, Gratia Sancti Spiritus te insinuit in Oeconomum, in Templic Cassidem, in Diaconum secundum &c.* Quæ verba isis respondere videntur, quibus Exorcistæ antiquitus initiabantur: ut ex supra citatis ex *Aud. Concl.* verbis liquet.
 Nota Christophorus Campana Canonarcha Chiæ apud Papadopoli *resp. p. 3.* ait, *Janitorum, Deputatorum seu Ceroferratorum, & Camistarum, aliorumque sacre dignitates, quas non ordines, sed officia vocat Simeon Thessalonicensis, mihi videntur Ordines esse, non sane distincti, quemadmodum tenent Latinos, sed immiti, adnexæ Lectoris ordinationi.* Sed ex his, quæ sunt supra explicata palam fit, officia illa nec Ordines esse, nec Lectoris ordinatione conferri, cum distincta ab ordinatione ceremonia ad eadem homines deputare debeant. Accedit etiam, quod Summus Pontifex Benedict. XIV. *Concl. Epist. Pastoralis*, ut infra referemus, aperte negat, Lectorum Ordinem alios tres minores Latineum Ordines completi: asserit vero, Subdiaconatum Græcorum more collatum, Acolythatum & Oiliarium involvere.
 Quod spectat ad alios Orientales, parum ita Græcis diffident. Tonsuram Lectorum præmittunt, ut Græci, ita Copti, Syri Nestoriani, & Maronitæ, qui Ordines suos hinc incipiunt, Syri vero Jacobite Cantoratum, quem cum Maronitis veluti gradum habent ad Lectorum, Tonsuram neutiqum præmittunt, etiam in compendio ordinationum per Morinum edito pag. 479. ordinandi Diaconi caput in crucis modum tondendi ab Episcopo præcipiuntur.
 Apud Coptos, ut ex eorundem Pisto colligitur, hæc sunt ordinationes: 1. *Anagostia sive Lectoris. 2. Subdiaconi. 3. Diaconi. 4. Presbyteri. 5. Hegumeni sive Archiepiscopi.* qui, a Kirickio redditur *Prelatus, sive is, qui curam subditorum, dicitur Abigmenus animarum habet. 6. Archidiaconi.* In eo vero, quod nuper ad Sac. Cong. de prop. fide transmissum, & ad eadem in Vaticanæ Bibliothecæ illatum est, extant præterea ordinationes *Episcopi, & Metropolitanorum, quo ritu & Patriarcham Alexandrinum consecrari posse, ac solere adnotatur.* Ita *Assem. tom. 111. part. 2. pag. 789.* Syri Nestoriani hæc conferunt peculiari consecratione, vel benedictione Ordines. 1. *Lectoris. 2. Hypodiaconi. 3. Diaconi. 4. Archidiaconi. 5. Presbyteri.*

veri. 6. Chorepiscopi, & Periodeuta seu Vistatoris. 7. Episcopi. 8. Metropolitanorum. 9. Patriarchæ. Sed Episcopi, & Metropolitanam, si pauca excipias, una eademque ordinatio est. At Timotheus II. Patriarcha, relictis Periodeuta & Chorepiscopo, eorum locum Cantorem, & Exorcistam posuit.
 Maronitæ hæc habent ordinationes: 1. *Cantoris, seu Psalter. 2. Lectoris. 3. Subdiaconi. 4. Diaconi. 5. Archidiaconi. 6. Presbyteri. 7. Periodeuta seu Vistatoris. 8. Archiepiscopi, quem Chirivocant. 9. Chorepiscopi. 10. Episcopi, & Metropolitanam. 11. Patriarchæ.* Syri vero Jacobite uno eodemque ritu ordinant *Episcopum, Metropolitanam, & Patriarcham:* item uno eodemque ritu consecrant *Chorepiscopum, Periodeutam, Hegumenum, Abbatissam, & Diaconissam:* ceteras Cantoris, Lectoris, Subdiaconi, Diaconi, Archidiaconi, & Presbyteri ordinationes communes habent cum Syris Maronitis, *Assem. loc. cit.*
 Nota 1. Ut in nonnullis Eucharologiis Græcorum, præter Ordines, quos supra diximus, recensentur *Cantores, Ceroferrarij, Deputati, Archidiaconi, & alii,* qui sine vera ordinatione ad officia quedam deputantur; ita de isis dicendum est, que ex Coptis, Syriqum retulimus. Nam Archidiaconi, Archiepiscopi, Chorepiscopi, Vistatores non sacro characterem insigniti, sed deputatione quadam ad certa officia designantur. Idem de Cantore dicti posse videntur, quem ante Lectoratum Maronitæ, Syriqum Jacobite, & Græcorum nonnulli insinuant.
 Nota 2. *Renaldotus tom. 11. Liturg. Orient. differt de Patriarcha Alexandrino pag. 412.* ait: Nestorianos, Syroque Jacobitas a gravissimo litæritate ordinationis crimine excusari non posse, qui Patriarchas, vel Metropolitanos, qui antea Episcopi consecrati essent, ita promovent, consecrantque, ut Episcoporum manuum impositionem suscipiant, nisi demque precibus ordinentur, quibus Episcopi consecrari solent. Non ita Maronitæ, nec Copti; sed is, inquit, in aliud incidunt contra canones ac universæ Ecclesie disciplinam vitium: Nam dum Patriarcham, sive Episcopum consecrant, si Monachum assumant, qui nullam antea susceperit Ordinem, minorum Ordinum nullam rationem habent, sed a Diaconatu ordinationem incipiunt, hæc servata interlitterarum ratione, ut primo die Diaconum, altero Presbyterum, tertio *Konax,* hoc est Hegumenum sive Archiepiscopum ordinent, expectaturque deinceps Dominicus dies, ut Episcoporum manuum impositione Patriarcha consecratur. Semper vero Ecclesia universa vetuit sacros Ordines conferre, quin minores ante fuerint collati, ordinationeque secus factas, quas per saltum vocant, tamquam illicitas habuit, ac reprobatas.
 Nota 3. Quod non sint reprehendendi Orientales, quod solum Diaconatum, & Presbyteratum inter sacros majoreque Ordines habeant: nam etiam in Latina Ecclesia Diaconatu inferiores Ordines per plura secula omnes inter minores habiti sunt. Subdiaconatum enim inter sacros Ordines primum recensit, vel Urbanus II. in Conc. Benevent. anni 1091. ubi permittit, ut interdum, sed rarissime oportunitate exigente, & non sine Romani Pontificis vel Metropolitanam licentia, Subdiaconus eligi posset

in Episcopum, quem ex solo ceteris eorum, qui sunt in sacris constituti, assumendum veteres canones sanciverant; vel, ut alii cum Thomasio malunt, Innoc. III. Nam, ut alios omittam, Urbanus laudat in Can. 11. antequam Concilii ait, *nullus deinceps in Episcopum eligatur, nisi qui in sacris Ordinibus constitutus respectivo sacri inveniatur est. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum, ac Presbyteratum, hæc siquidem solis primitivæ legibus Ecclesie habuisse, super his solum præceptum habemus Apostoli &c.*
 Neque is vitio veri potest, si Diaconatu inferiores Ordines inter Sacramenta non habeat a Christo Domino instituta, sed inter gradus ad Ecclesia stabilios, in quibus Ordinibus Sacramento initiandi probantur quodammodo, & ad hunc Sacerdotium suscipiendum disponuntur: hæc enim opinio est, quam doctissimi inter Latinos Theologi tenent; & quæ non solum ab Ecclesia non improbat, sed etiam probari videtur a *Bened. XIV. de Syn. Dioces. lib. 11. cap. 24.* Nos vero supra dum Ordines ad officia distinctissimos, ac diximus Ordines per se characterem ferre, communione opinionem sequuti sumus, que is Græcis Patribus consentanea haberi potest, qui distinguunt inter officia, & gradus sive Ordines, Sacerdotii gradus constituit Lectoratum, Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum.
 Nota. Quod ab Apostolica Sede in *Constit. Epist. Pastoralis*, pro Græcis hæc de re decretum fuit, ad alios quoque Orientales pertinet, qui proprium, non secus ac Græci servare tenentur ritum. Hæc ibi leguntur *S. v. v. n. 6.* Episcopi Græci in Ordinibus conferendis ritum proprium Græcorum in Eucharologia de scriptum servent, in quo est nonnulli de minoribus Ordinibus prætermisissimè videtur, eorumque vel nunquam habuisse, vel eorum exercitium aliti Ordinibus esse adnexum sicut Græci affirmant. Et n. 7. Inde tenent habitatores et quosque viri solent, quinam nimirum Ordines supplendi sint ab eo, qui primum ritum Græco aliquibus Ordinibus sinit initiatus, deinde ritu Latino ad reliquos est promovendus. Quas controversias ut de medio peritus tollamus, certamque tradamus regulam in posterum servandam, ita decernimus, qui ritu Græco clericus, & Lector tantum sinit initiatus, atque ex benedictione Sedis Apostolicæ obtinuit, ut majores Ordines Latinis ceremoniis sibi consecratur, is antequam Subdiaconus ordinetur, tres minores Ordines omnes debet ritu Latino suscipere. Si vero, præter Lectoris Ordinem, ad Subdiaconatum etiam Græco ritu ascendit, & ex distinctione sicut in Græca rituali sibi facta sit eorum Ordinum ritu Latino suscipiendi, antequam inter Diaconos cooptetur, ex minoribus Exorcistatum tantummodo suppleri cogitur: cum per Subdiaconatum Græco ritu collatum, Acolythatum, Oiliarium receptis consecratur. Idem dicendum de eo, qui una cum reliquis inferioribus Ordinibus, Diaconatum, aut etiam Presbyteratum Græce suscipit, & Latino postea ritu ad sacrum Presbyteratum respectivo Ordinem, aut Episcopatum promovendus sit ex Apostolica concessione: nimirum Exorcistatum Ordinem in isto, antequam Presbyter ordinetur, aut Episcopus consecratur, esse suppleendum.

¶ II. De materia, & forma.

De materia, & forma hujus Sacramenti non levis controversia est inter Theologos. Nos rem paucis expediemus, eaque unico explicabimus, quae tuto riteque hujusmodi Sacramentum recipiendum desideratur. Eugenius IV. in saepe citato decreto pro Armenorum instructione, haec habet: *Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem conferitur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per Calicem cum vino, & Patenam cum pane porrectionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus vero per Calicem vacui cum Patena vacua traditionem, & similiter de aliis, per verum ad ministeria sua pertinentium assensionem.* Forma Sacerdotii talis est: *Accipe precem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis in nomine Patris &c. & sic de aliorum Ordinum formis; prout in Pontificali Romano late continetur.*

Scholasticorum plerique Eugenii decretum praeculis habentes rati sunt, nullum irritumque esse Ordinis Sacramentum, si ea materia & forma non admitterentur, quae in dicto decreto indicantur. Nostrum non est haec nunc controversiam expendere, sed satis est iudicare, Ecclesiam Romanam ratam habere ordinationem Orientium sine illa instrumentorum potentia, collatam per solam Episcopi manum impositionem, perque precem hinc manum impositioni respondentem, sive quod Eugenius de materia tantum, & forma integrare atque accessoria loquitur sit, quam optavit ab Armenis superaddi manuum impositioni iamdudum illis adhibita, ut Ecclesiae Latinae moribus se profus accommodarent, ac rituum uniformitate firmius eidem adhererent, quod bene ponderant Menardus, Becanus, & Morinus, ut ait BENEDICTUS XIV. de Syn. Dioec. lib. 7. c. 25. sive etiam ut alii malunt, quod in Latina Ecclesia forma & materia, de quibus Eugenius loquitur, Ecclesiae auctoritate eidem a Christo Domino concessa, ut necesse determinate sunt ad hujus Sacramenti valorem. *Quomodo de forma loquimur, inquit Morinus c. 6. §. 3. pag. 3. exercit. 5. ut quomodo loquuntur formae materiae his verbis Instrumentorum potentiam non esse materiam, addidimus de indigritate, per eamque finem qui continentur, ea instrumenta postquam ad Ecclesiam committere usurpata sunt, veram cum precibus, quae cum priore manuum impositione concipiuntur, materiam & formam constituere, atque etiam velint, cum verbis, quae cum posteriore manuum impositione recitantur; nec id inficiarem, nec assererem.* Quamobrem enim non poterit Ecclesia Sacramento Ordinis, ut saepe fecit Sacramento Matrimonii, novas pro materia & forma conditiones apponere, quarum praevicariatio Sacramentum reddat irritum & nullum, cum Christus nullam materiam aut formam hujus Sacramenti non fecit ac Matrimonii in specie definitioris? Sane supra vidimus Ordinationes saepe irritas & inanes antiquitus declaratas, eo quod regula a Canonibus pro ordinationi materiae praescripta, observata non fuissent. Atque hinc patet, iure meritoque Sac. Congr. Concilii aliquando respondisse, fide conditione iterandum ordina-

tionem Latini Presbyteri, in qua ordinandus, qui manuum impositionem receperat, non accedit ad porrectionem Calicis cum vino, & Patene cum Hostia; ut notat Bened. XIV. cap. sup. cit. Ac etiam recte docere Carolum Franciscum a Bruno lib. 3. c. 3. q. 3. §. dicendum primo; Millionarium consultum a Latino, qui a Graeco Episcopo Sacerdotium susceperat, respondere oportere, petendam esse ab Episcopo Latino iterationem Presbyteratus, saltem sub conditione.

Sed quantum ad Latinos quod spectat, res ita se habet; tamen certum est, Apostolicam Sedem raris habuisse semper, ac etiam nunc habere Graecorum aliorumque Orientalium Ordinationes, quae sola manuum impositione, praebituque eidem respondentibus, modo nunc indicando, conferuntur. De his enim Ordinationibus, non solum nihil dubitatum fuit in Conciliis Leguinenti, & Florentino, quibus Graeci cum Latinis adfuerunt, sed nihil praeterea dubitavit Clemens VIII. qui Russorum Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ad Catholicam unitatem admittit cum Ordinibus, quibus, secundum ritum Graecorum, insigniti fuerant in suo Schismate: Immo Apostolica Sedes praecipit, Episcopos Graecos in ordinationibus conferendis ritum proprium Graecum in Euchologio descriptum servare, ut supra ex Const. *Best. Pastoralis*, retulimus. Sed videamus, quid ipsi in singulis Ordinibus pro materia, & forma habeant.

Clerici instituti apud Graecos, tam crucis configuratione, capillorum tonsione, sanctae Trinitatis invocatione perficitur, eoque Confusa continetur. Lectoratus materia apud Graecos, in manus impositione super ordinando ab Episcopo facta, consistendo videtur; quae manus impositio, de qua forma occurrit lib. 8. c. 22. *Const. Apost. §. can. 14. septima Synodi*, hodie ea Episcopali actione, qua ordinandum Lectorem cruce manu expressa obnigare solet; continetur, ut ex Balsamone, Theofalonicensi, aliique Goaribus ostendit. Forma vero sunt verba illa, quae tunc Episcopus pronunciat, *Domine Deus omnipotens elige servum tuum hunc, & cum sanctifica &c.* Atque hinc patet, traditionem Codicis Apostolici, quae post hanc orationem ab Episcopo Lectori fit, pro materia haberi non posse, cum tunc ordinatio peracta iam sit, cumque haec porrectio, nonnisi ad iudicandum fiat manus, quod ob susceperam ordinationem exercere debet. Manus impositionem, cum praesibus Graecorum similibus eidem respondentibus pro huiusmodi Ordinis materia, & forma, habent etiam Syri Nestoriani, Jacobitae, Maronitae, & Coptitae, ut ex eorumdem libris ostendit Aftemans Tom. xx. 1. part. pag. 800. & seq.

Ex his, quae a Graecis, Coptitis, & Syris in ordinatione Subdiaconi observantur, facile patet, consecrationis illius formam consistere in illa prolatione, quae paucis mutatis apud omnes dicitur est, cuius quidem initium apud Graecos est: *Domine Deus noster; apud Syros, Maronitas, & Jacobitas, Domine aeternae, qui reges unigigni; apud Coptitos, Domine Deus omnipotens: tibi enim manus Ordinando imponitur, quae pro materia habetur, eaque impositio, five capiti, five temporibus ejus fit, ac simul imploratur Deus, ut dignum facias illum gradum Subdiaconatus, concedatque ei domum Spiritus Sancti, ut conservet vasa ministerii Ecclesiae, ames decorem domus Dei,*

addit

adisti januis templi, accendat lampades, sique veluti olivae uberrimae justitiae fructus referens in Sancta Ecclesia. In ritu vero Nestorianorum, inquit Aftemans loco cit. pag. 804.; nec ita expressa est ordinationis forma, nec manus ordinando imponitur, dum ea recitatur, sed postquam pronuntiata fuerit, signare dicitur Episcopo ordinati caput, hoc est, Crucis figuram manu formare, contra coramque Ecclesiae Orientalis morem in Constitutionibus Apostolicis fundatum, quibus ita faciunt: *Subdiaconum ordinatum, Episcopus, manus super illum imponens, & in omnibus Ecclésiis prescribitur, in quibus manus impositio five capiti juxta Graecos, five temporibus juxta Syros, & Coptitos, in ordinatione Subdiaconi praecipitur.* Sed cum impositio manus, quae Subdiacono fit, ut Goario aliique videntur, qui Subdiaconatum non a Christo, sed ab Ecclesia institutum esse contendunt, sit mera caeremonia, non vero sacra, vera, & Ordinis effectiva manus impositio ex divina institutione: cumque Concil. Carthaginiense IV., & Gregorii Magni Sacramentarium, ac vetus ordo Romanus Subdiacono manus impositionem denegent, benedictionem tamen, siue manus licet actum quocumque, concedant; non adeo facile dubitandum est de Subdiaconi ordinatione modo supra indicato a Nestorianis facta; praesertim cum in ea precatio, quam Pontifex Nestorianus recitat, laedi non videntur ordinationis substantia: dicitur enim: *Elige eis electione sancta secundum multitudinem gratiae tuae, eoque in misericordia tua reddere dignus, qui defectus suscipiant in Ecclesia tua sancta, & da eis Domine benignitatem tuam, ut sine macula cum puro corde, & conscientia bona tibi ministrent, quibus verbis quidquid ad Subdiaconos pertinet includitur: Subdiaconus enim nihil aliud est, quam Ecclesiae Minister Diacono inferior; & defectus in Ecclesia supplere, est omnia, quae supra sunt enumerata officia, in Ecclesia obire.*

Diaconi materia apud Orientales Graecos, Syros five Nestorianos, five Jacobitas, five Maronitas, & Coptitos Episcopi manus impositio tota continetur: forma vero in verbis illis fita est, quae apud Graecos incipiunt, *Domine Deus noster; apud Coptitos, Domine Deus Omnipotens; apud Nestorianos, Deus noster bone; apud Maronitas vero & Jacobitas, Deus qui Ecclesiam tuam aedificas, ut fuisse ostendit Morinus exercit. 2. cap. 2. & 4., & ut aliae praesae ad formam non spectant, ita traditio Flabelli, seu veli Calicis, apud Graecos; Flabelli, & Thuribuli apud Syros Jacobitas, & libri Apostolorum apud Nestorianos, atque iis similia, quae post manuum impositionem, ac forma jam pronuntiata, sunt, ad substantiam hujus Ordinis non pertinent.*

Presbyteratus materia apud Orientales omnes, ne Armenis quidem exceptis, ut §. 1. adnotavi, est manuum impositio. Hinc respondens forma, apud Graecos oratio est, quae incipit, *Deus in virtute magnus; apud Nestorianos, Domine Deus fortis omnipotens; apud Coptitos, Domine Deus Omnipotens, qui omnia creasti; apud Syros Jacobitas, & Maronitas est eadem oratio cum illis, Deus magne, & admirabilis. Aliae ordinationes non ad formam referuntur, sed ad implorandum a Deo gratiam, & Sacramenti effectum; & quae deinceps Presbytero tradi solent, indicant susceperit Ordinis usum, atque ad materiam non pertinent.*

§. III. De Ordinariorum aetate, de aliis quae ad rite suscipiendum Ordinem deserviant, deque oblationibus Ordinibus adnexis.

Varij Ordines, qui sunt veluti gradus per quos homines ad Sacerdotium ascendunt, & in quibus probari debent, non hoc digni sint Ordine, atque ita exerceant, ut digni sint, decem determinata aetate ab Ecclesia conferri consueverunt. Latina vero in Tridentino Concilio statuit, ut qui prima Tutorum initiandi sint, rationis usum possent, qui in septennio aetatis anno praesentium, & licet pro minoribus Ordinibus definitum tempus non designaverit, tamen a septimo ad decimum quartum annum conferri solent, coequentibus in ordinandis qualitatibus a Concilio praedicto desideratis. Subdiaconi aetatem voluit esse ann. xxii. Diaconi xxiiii., Presbyteri xxv. & Episcopi xxx. Apud Graecos, ut habet can. iv. Synodi Quini-sextae, ad Lectorem desiderantur octodecim anni; ad Subdiaconatum vero requiruntur anni xx., ad Diaconatum xxv. ad Presbyteratum denique anni triginta. Sed Graecis & Albanensibus, qui in Italia, eique adjacentibus Insulis sub Latinis Episcopis degunt, ab Apostolica Sede Concilii Tridentini decretum inculcatum est Concil. *Best. Pastoralis*, ubi haec habentur: *Quod tamen de aetate Ordinariorum a Sacrosancto Tridentino Concilio praescriptum est, omnino servari volumus. Nullus proinde ex praedictis Graecis, seu Albanensibus ad Subdiaconatum Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatum ante vigesimum tertium, ad Presbyteratum ante vigesimum quintum sua aetate annum ab Episcopo Apostolica dispensatione promovetur.*

Quamquam omnes canones Ecclesiae Orientalis Patribus editi Subdiaconi, Diaconi, Presbyterique aetatem, qua ratione de Graecis dixerunt, praescribunt; tamen apud Syros Nestorianos, Coptitae a multis annis nulla in ordinandis aetatis ratio haberi solet. Nestoriani enim Diaconos septennales, vel octennos ordinant, Presbyteros vero xvi. xvii. & xx. annorum, qui non solum antiquis canonibus, sed etiam superiorum haec de majorum statutis repugnant. Nam Sobensis ab Aftemanso relatus in Epitome canonum par. c. 4. de aetate Lectorum; Hypodiaconorum, & Diaconorum, & Presbyterorum haec decernit: *Quae aetate pueri sunt, et scientiam habeant, & scripturas legere didicerint, non est dextera manus illis imponenda, dum pueri sunt, sed Lectores tantummodo fiant. Quomodo vero ad adolescentiam pervenerint, Hypodiaconi ordinentur. Diaconi vero, qui adolescentiam superant, non est dextera manus attingunt, veluti qui ad annum undecimum octavum & ultra pervenerunt, manus impositionem suscipiant. Presbyteri vero, qui ad virilem aetatem pervenerunt, & prudentiam naturae convenientem sunt assequuti: Si autem sunt, qui antiquum supra vigesimum annum aetatis & ultra attingerint, isti Presbyteratus Ordinem suscipiant. At vero iuxta antiquum mandatum ante annum trigessimum Presbyter non ordinatur.*

De Coptitis haec habentur Concilii. *Et quomodo tempore Praematuram hujusmodi ordinationem apud Coptitos veteri usque, & disciplinae in vultu restatut P. Thomas a Jesu de Convers. Gen. lib. vii. pag.*

361. Conferuntur, inquit, Ordines, excepto Presbyteratu, etiam immediate post Baptisum parvulis, si mulque dantur Tonfura, & quatuor gradus, & Diaconatus, & Subdiaconatus, necesse conferendis instituta, vel tempora particularia determinata sunt. Ubi facies Ordines recipiunt, castitatem, & abstinentiam pollicentur, jejunare videlicet diebus mercurii & veneris, & tempore Adventus, & Quadragesimæ &c. Inferius etiam Quadragesimas Apostolorum Petri & Pauli, & Assumptionis. Quando autem infantulis, aut pueris facit Ordines conferuntur, pro eis spondent, & hæc vota observant ipsorum parentes, donec decimum sextum ætatis annum, aut circiter exegerint. Additur præterea, vigentem hanc consuetudinem asserere Francicum a Breno, & Patrem Bervat Societatis Jesu Missionarium: deinceps testati sunt Missionarii in responsionibus ad eundem Pontificem, qui eorum hac super re relationem exquisierat.

Collatum hoc modo in infantili ætate ordinationem, concordat, ait idem Pontifex, Theologorum & Canonistarum suffragio definitum esse, validam, sed illicitam censeri, dummodo nullo labore substantiali defectu materia, forma, & intentionis in Episcopo ordinante, non attentis contrariis sententiis, quæ vix habet officia, & quæ supremis Tribunalibus, & Congregationibus Urbis nunquam arrisit. Dubia, quæ ex hoc oriuntur, resolvuntur infra.

Etiam apud Græcos circa Ordinandorum ætatem contra Canonem statuta, ac constantem majorem usum, post medium elapsi sæculi abusus irrepit, ob pravam Margunii doctrinam, qui in notis ad Nomenclonem docuit, nullam in ordinationibus habendam esse ætatis rationem, ac vanam esse omnem de ætate questionem ex quo apud nonnullos abusus invaluit, ut Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi longe ante ætatem a canonibus prescriptam ordinentur.

1. Itaque ad licite suscipiendos Ordines præter Confirmationem, & Tonsum, servandi Ecclesie volutionem, ac statum gratie, & alia, de quibus Antor differit, etas requiritur Ecclesie lege præscripta, vel juxta Ecclesie Orientalis canones, ubi sunt in usu; vel secundum Tridentini decretum, hac in parte etiam Græcis in Italia degentibus ab Apostolica Sede inculcatum. Ab hujusmodi lege soli Romani Pontifices, vel ii, qui ab illis dispensandi facultatem habuerint, dispensare possunt.

2. Requiritur sufficiens scientia, ea scilicet, quæ ad exercitium Ordinis suscipiendi est necessaria; de decet enim, ut ad Officium Ordinemque promoveantur, qui illius administrandi sint incapaces. Hinc Ecclesie lege statutum est, ut Ordinandi prius examinentur. Consi. *Epist. Paschalis* num. 19. Græcorum presulum conscientia oneratur: *Ut dignos duntaxat, & suos literis, & his quæ ad Ordines exercentes perveniunt, bene instructis esse noverint, ad sacra ministeria assumant, & n. 4. habetur, promoveantur ad Sacerdotium, & Presbyterium, qui officium prærent Ecclesiarum regimini, examinentur antea diligenter, si præcipue de Horis canonicis, & Missionum officii secundam distinctionem temporum exequendi sint suscipiendi instructi, ut ad hæc nominis digni admittantur.* Hujusmodi examen jure ad Episcopos spectat, qui Ecclesiis presunt; possunt vero etiam Presbyteros examinatores constituere, ac debent etiam,

dum eorum hac in re consilium prudenter credant esse necessarium; *Epist. enim non erit necessitas, inquit Papadopoli respo. t. sect. 10. æquitate certe, atque modestia erit, si sapientes, peritosque Ecclesie Sacerdotes Episcopos ad tantum opus ac necessarium inquisitionem admittat.*

3. Etiam apud Orientales immunitas desideratur ab omni censure, & irregularitate; ut enim nisi ex Apostolicæ Sedis dispensatione ordinari non possunt; ordinatæ ab Ordine exercitio suspensi manent. Quod Latinis irregularitas, Græcis dicitur *ακαταστατος*, et irregularitas Latinorum jure non solum usum, sed etiam Ordinum susceptionem impedit, ita jure Græcorum, atque Orientalis Ecclesie. Hæc etiam jure spectato Orientali, vel ex defectu oritur, vel ex delicto; ex defectu irregulares habentur ex Græcæ Ecclesie Canonibus. 1. Qui ætatem prescriptam non habent. 2. Qui necessaria desunt scientia. 3.

Qui ex legitimo non sint matrimonio. 4. Servi. 5. Bigami; si ve bigamia fit vera, ut in eo qui duas successive duxit uxores; si ve interpretativa, que in eo est, qui duxit unam, sed viduam, aut quonquam docuente ab altero vitiatam; aut cum quis virginem quidem duxit, sed post matrimonium adulterata est, si post adulterium maritus eam vel semel cognoverit, si vero non cognovit post eius adulterium, nulla irregularitas habetur: sicut non fit irregularis vir conjugatus si adulteretur, vel si eam duxerit, quam antea defloraverit. 6. Qui publicis rationibus obligati sunt, hoc est calculatores, hypothecis publicis, thesaurisque prepositi; additi curie jurejurando stipendiæ, ut Judices, Advocati, Fiscales, & qui in matriculis militum relati sunt. Hi enim, donec his negotiis, & obligationibus civilibus implicentur, recipientur; recipienti tunc, cum aut relictis officiis rationem administrationis reddiderit, aut missionem quamcumque si ve honesta, si ve causaria, si ve etiam turpi, singulari militie resolventes, milites esse deferre. In Papadopoli. 7. Qui vitium habeat corporis: ut verba Theodori Prodromi in canon. 76. Apostolorum: *Animo & corpore sanum, eum, qui neque cæcus, neque claudus, neque abscissa naribus, neque surdus est; denique non vitiatum, & maculatum, sed semiperviduum corpore, Canon retroquid dignum jubei Ordinibus admoveri.* Addit Alexius Aristenus: *neque gibbosum, neque insanabilem laborantem morbo, vel aspectu horridum, aut ridiculum conditione corporis ad sacra fas probei.* 8. Amenes, animi morbo laborantes. 9. Neophyti. 10. Infames: *infamem vero & inhonestum dicitur, inquit citatus Prodromus interpretatione ad Trullanam Synodum, quandoque male audientem penes sanctiores, & ventribiliores, quandoque eum, qui factu vel consuetudine legis ad infamiam adigitur.* Atque hæc Legesque usitata; ut canonibus infamii est, quisquis in crimine sorasit. *Quare lex quidem infamiam dicitur: Canon vero drossam per legem circumplexus, & unam signosis infamiam que ex delicto est, queque infamiam a legi constituta penitus penitusque committit.* Ultraque infamia, Papadopoli teste, etiam apud Græcos hominem ab Ordinibus arceat. 11. Lenitatis defectus etiam jure Orientali excludit ab ordine. Irregularitatem hæc parit apud nos homicidium voluntarium, aut membrum mutilatum, si sine facientis culpa sit, qualem facit Judex, Apparitor, & accusator, & testes in causa criminis, si mors aut mutilatio sequatur, & milites in bello jure, vulnerantes, & occidentes. hæc locum habent in jure Orientali patet ex Chilianæ Patriarchæ *Jur. Græc. lib. 111. sent. Synod. l. 2. tit. de homicidiis.* Latron. agente; Clerici enim quomodocumque occiderent, deponuntur, nulla habita differentia hostium, vel Latronum, vel aliquorum aliorum; & ex Prodromo ad canon. lxxv. *Ap. dicente: & Judices ad mortem damnantur, si homicidia censerit, si minus opere, certe jussu & fœderata.* Atque hinc liquet, eandem circa irregularitatem ex defectu esse Orientalis ac Latine Ecclesie doctrinam, ut abunde Papadopoli demonstravit.

Ex delicto irregulares sunt, 1. In hæresim, vel apostasiam a fide incidentes. 2. Voluntario occiderent, vel mutilantes hominem membro, quod distinctum, & completum in corpore officium habeat, ut sunt manus, & pes &c. ac etiam mandantes. 3. In debite Ordines suscipientes, vel excentes, ut qui censura irretiti Ordines suscipiunt, vel exercent; Hinc Constitutione, que est pro Italo-Græcis, irregulares declarantur qui Ordinem exerceant, quem sine proprii Episcopi dimissiois, vel a Schismatico Episcopo susceperint, quod suspensi a jure Ordinem exerceant. 4. Jure Græcorum ab Ordine repelluntur incesti, heresitatis, ac sodomie rei, & Simoniaci, ac Fœneratores. Notat vero Papadopoli, quod horum rei ab Ordinibus abstinent post legitimam criminum probationem, quocumque modo crimen delatum sit: cum occultum crimen hominem ab Ordinibus rejicere necesse, idque contra Margunium. Id verum est in foro exteriori, sed si canones eos, qui in hujusmodi crimina incident, irregularitatem subire decernant, non video cur, confessorius hoc secreto monere non debeat propter delicto licite incapaces Ordinis constituisse, atque etiam hostari, ut, si ex contritione eorumdem eos Ordibus dignos credat, dispensationem petant. Si vero crimen fit juxta Orientalis Ecclesie Canones, quod nonnulli ad forum externum deductum ex Ordinibus rejicit, veram puto hæc in parte Papadopoli fœderata. 5. Eunuchos, quibus non sponte cauta virilitas, ius Græcorum ab Ordine non repellit, Can. 11. Nicæne Synodi: quibus vero voluntibus, & consuetudinibus secta fit virilitas, si irregulares habentur, ex eodem Canone. 6. Ad licitam Ordinis susceptionem servanda est prescripta ab Ecclesia interdictio lex: Quod spectat ad Græcos, Concilium Constantinopolitanum ultimum, quod est VIII. Oecumenicum, sic statuit: *Canon est, qui dicit, non oportere quemquam ex Neophyto, si ve sit Neophytus in fide Christiana, si ve in Ordine Clericorum, Episcopum renunciar, ne, ut ait Apostolus, iniquus incidat in iudicium, & laqueum diaboli.* Hinc reo conveniunt dicitur, neminem ex Ordine Senatorio, & Latino gradum recens eo demerit animo, & consilio in Clericum, vel monachum attonsum, vel Episcopum, vel Patriarchæ dignitatem assequatur, honoris gradum oportere conferre, etiamsi in unaqueque gradu divini Sacerdotii toniori tempore versatus probetur. Neque enim variis causis, sed ambitionis attonsus est. Quod si

quis nulla suspitione ambitionis, vel honoris ipse iustus, sed recta honestaque Christi disciplina instructus in clericum, vel monachum attonsus est, perque omnes gradus Ecclesiasticos definitis temporibus vitam agendo inculpatam transisse reperitur, ad Episcopatum honorem exaltatur ita, ut in Lætarum munere annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, in Sacerdotis quatuor annos explet. Pie vero, diuque in Clero versatus, vel monachorum Ordine, tempus ab Episcopo, qui pro tempore fuerit, contrahi potest. Si quis præter hanc Institutionem ad supremum Episcopatum honorem proventus fuerit, velletur. Hinc Bandam Græcis, ut Papadopoli, non vero Ballamoni, qui triam mensium intervallum inter suscipiendos Ordines statuit: hæc Alexio Aithenio, qui annum integrum more unicoque Ordini præfixit, licet id cum iisdem decreto conveniat.

De interdictio lege cit. Constat hæc leguntur: *Cum ex Ecclesie disciplina a Græcis olim recepta promoti ad aliquem Ordinem sacrum, si per aliquod temporis intervallum in eo non fuerint versati, ad altiorum graduum ascendere non possunt, quo nimirum Ordinandum vales, morumque probitas eo temporis spatio cognosci solet; qua lege Græci, seu Albanenses in Italia, & Insulis adiacentibus commemorantes dubio procul tenentur.* Nihilominus cum prædicti Græci seu Albanenses Ordinarii suos quas suscipiunt, habent Latinos, a quibus tamquam alieni ritus sacri Ordinibus initiari prohibentur, ac proinde cum Romam, vel in Calabria, ubi sunt Episcopi a Sede Apostolica ad Ordinationes ritu Græco exercentes deputati, reperitur vicibus, non sine quamplurimis incommodis, & expensis, ad Sacros Ordines juxta temporum intervalla suscipiendos sese conferre debent. Nos esse Græcos, seu Albanenses gratias, & favoribus profectus, eorumque incommodis consulere volumus, de Apostolica plenitudine potestatis, præfatis Episcopis Græcis Romæ & in Calabria pro tempore degentibus licentiam, & facultatem imperimus, ut Græci, seu Albanenses hujusmodi ex longinquis regionibus accedentes, qui minoribus, si ve majoribus Ordinibus initiari cupiunt, ad omnes Ordines promoveri valeant tribus diebus festis, non autem continuis, sed aliquo temporis intervallo Antiquis ordinibus arbitrio separatis, non servata interdictio lege, nec requirita ad hoc ab illi, qui initiatur suorum respective Ordinariorum Latinarum licentiam, si ve dispensatione. Declarat vero ab hæc interdictio lege non solvere, si ve dispensare, qui domicilium habent, vel commorantur in eadem Provincia, in qua Græci ritus Episcopi sacras solent Ordinationes exercere, exceptis tamen Alumnis, & Convicibus ritus Græci, qui in Collegiis Urbis Calabriae, & Siciliæ degant, quos concedit tribus diebus festis ordinari p. f. l. arbitrio Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis Administratores, vel Prorectores, si ve Episcopi Presidentes, seu Rectoris ritusque Collegii Italo-Albanensium tempore existentium, si eorumdem Collegiorum necessitas, & utilitas exigit. Denique dispensat cum his, qui hæctenus hæc non servata lege bona fide ordinati sunt, ut in suscipiendos Ordines ministrare, & ad majores ascendere valeant servatis fœderibus.

4. Clericus secularis ritus Græci, qui in Italia de-

gat,

gat, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & atate, ad sacros Ordines promovendi prohibetur, nisi prius legitime confiteri, eum Ecclesiasticum beneficium, vel Patrimonium, quod sibi ad vitam honestam sufficere, pacifice possidere, ac providè de beneficium titulo beneficii, per legitima documenta Ordinarii certiore facere præcipitur ad sufficienti Patrimonium, ut valeat sacris Ordinibus initiari: Loca autem dicti Patrimonii, nec Clericus uxoris vice dotem assignare præsumat, nec Ordinarius eam acceptare valeat. Confl. sup. cit.

Summus Pontifex in Italo-Græcis, si Beneficium defuit, patrimonium proponit, ut sufficiens ad Ordines suscipiendos titulus, juxta Tridentini decretum, quo statuitur, ne quis abque titulo Patrimonii, ubi titulus Beneficii defuit, sacris initiatur. Sed cum de aliis Græcis, Orientalibusque relictis agitur, penes quos antiqua illa disciplina viget, ut non nisi semel in die ab unico sacerdote in una Ecclesia celebratur, cessat, inquit Papad. Resp. 2. sect. 3. §. 10. hæc de Patrimonio quæstio, cum penes hos nemo sine titulo Beneficii possit ad sacros Ordines promoveri. Ita Aristenus ad can. 6. Concilii Chalced. Macharius Hieronachus in 2. coll. can. c. 12. Prodromus de interpret. ad sept. Synod. & alii Juris Græcor. interpret., inter quos Hier. de ritibus Eccles. ad Germ. Ep. 3. hæc habet: Oportet autem desiderantem ad sacra prochi primum quidem interrogare, an velit in Ecclesia, cui per titulum additus est, permanere, & nonquam discedere sine commendatis Episcopi litteris: & si juratus promiserit, insistit. Nam sine titulo neminem licet initiare, ne quando error fiat, Ecclesiamque dedecoret. Rationem hæc afferit, quia cum semel dumtaxat in Ecclesia Græca quolibet die sacrificium celebratur, quilibet Sacerdos aut Minister Ecclesiam habeat oportet, in qua vel ipse solus sacris inserviat, vel vicissim cum aliis eidem additis Ecclesie Sacerdotibus Nummi facra faciat, factentibusque ministris.

Hæcenus de iis, quæ ad rite suscipiendos Ordines desiderantur. Traclandum superest de obligatione, quam subeunt. Ex his, quæ sunt ab Auctore exposita tractata de obligationibus, facile patet, quamvis sint etiam Orientalium Clericorum obligationes. Ubi lex, vel consuetudo vigeat, veribus propriis uti debent, a culpa vero excusari posse videntur. Syri Illi Nestoriani, qui ob motam in Ecclesiasticis perfectionem in Perfidie usum omniferè diffinituræ verbum, ac a multo tempore adhibere non solent; nam hæc vestium distinctio per plura secula nequidem apud Latinos omnes obtinuit, ut viri docti observarunt; debent illud Ecclesie servitium præstare, quod sit Ordini adnexum: in sacris constituti more suo canonicas horas recitare debent, nec possunt post sacros Ordines conjugii celebrare. Hic duo examinanda superant, primum circa obligationem eorum qui in infantili ordinati sunt atate apud Coptos, & Syros Nestorianos; alterum circa eorum clericorum conjugium, qui post sacros Ordines inire matrimonium, vel ad Secundas, & tertias quoque nuptias contra canonum statuta transierunt, ut ex abusu fieri a Coptis, Syriisque Nestorianis res est omnino explorata.

Quod spectat ad primum, Sacre Congregationis decretum adest, quod Confl. confirmavit sua Bened.

XIV. Diaconi in atate puerili ordinati, licet ante decimumsexmum ætatis annum minime vocentur in Ordine suscepto, & in statu celibi, tamen non censentur ante nuptiarum Ordinationem etatem habuisse, eo quod nihil faciendi sint actus illi, quo in atate puerili, & ante sextimumdecimum ætatis annum exercentur. Confl. cujus initium Auna veritene, confirmatur decretum, ac deinceps subditur: Ut vero quæ decreta sunt, plenius intelligantur, opus est aliquantulum digredi; hæc enim ratione procedendo via munietur, ut ad propositum finem veniamus.

Nemo est, qui ignoret duobus modis religiosam professionem fieri, vel, ut melius dicamus, duplicem esse professionem religiosam, unam expressam, alteram vero tacitam. Expressa fit, cum debitis servatissimè solemnitatibus tria vota capitatis, paupertatis, & obedientiæ concepti verbis emittitur, quæ in Constitutionibus Ordinis, in quo quis se velle vivere professus, prescripta sunt: Tacita autem in eo posita est, cum quis ea exerceat, & operatur, ex quibus arguitur, ad vivendum in aliqua religione se obligare voluisse, est solemniter, & expresse eam professus non fuerit.

Tacita professio a sacro Trident. Concilio iuxta communionem sententiam subacta non est, ut late testantur Navarvus, Acquiris, Sanchez, Fagnanus. Sed cum in eodem Concilio decretum fuerit, nullas ac irritas esse professiones, quæ in quacunque Religione sunt antequam integre annus probationis expletus fuerit, hinc rectè deducitur, etiam a Concilio tacita professio subacta non sit, eam tamen licet non habere, si actus, ex quibus illa inducitur, peracti non fuerint post annum decimumsexmum ætatis presentis, & postquam annus probationis completus est, ita ut a Concilio Tridentino magna ex parte temperata sit dispositio Episc. decretalis: Is qui de Regularibus in 6. & Clementine 2. sub eodem titulo de Regularibus.

Ad instar Conciliaris dispositionis a nobis constitutum est, ut Diaconi Coptis in infantili atate ordinati, ubi ad annum decimumsexmum ætatis sue pervenerint a Presbitero Missionum interrogentur, num velint, nec ne, perseverare in Ordine suscepto, & obligationes omnes Ordini adnexas implere, ut inde statui possit, quid in futurum in reliqua eorum vita ab ipsis servandum sit. Itaque quemadmodum stabilita per Concilium atate anni decimumsexmum ad professionem Regularem emittendam, tacita locum non habet, etiam ante prædictam atatem actus illi expleantur, ex quibus secundum Canonicas dispositiones tacita professio inducitur; sed omnes illi nulli in numero, & pro nihil habentur ad tacitam professionem Regularem inducendam, nisi expleti fuerint post annum ætatis decimumsexmum, & postquam anno probationis evoluta extraxerint, tacita professio non est: ita constituta a Nobis anno decimosexmo, quo, ut dictum est, Presbiteri Missionum Diaconos in puerili atate Ordinatos interrogare debent, volent ne, an secus, perseverare in Ordine suscepto, & obligationibus Ordini conjunctis satisfacere, est Ordinis exercitio ante annum decimumsexmum eorum ætatis peractio nulla tacita resistit: ubi arguitur, cum ad summam hujusmodi actus tacitam resistit: rationem importare possint, si sepi fuerint post annum

XVI. eo casu, qui Presbiteri Missionum anno xv. eorum ætatis ipsi interrogare, quemadmodum ab illo fieri debere sape monitum est, neglexerit.

Ad alterum caput quod spectat, hæc per Italo-Græcis statuta sunt §. vii. nu. 16. & 17. saepe cit. Confl. Et si expendendum quomodo maxime esset, ut Græci, qui sunt in sacris Ordinibus constituti, castitatem, non secus ac Latini servarent: nihilominus, ut eorum Clerici, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri uxores in eorum ministeriis, nunquam, necesse corruptas duxerint, Romana non prohibet Ecclesia: Est autem, qui viduam, vel corruptam duxerint, vel ad secundam vota, prima uxore mortua, convolantur; ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum promovendi omnino prohibentur. Præterea si qui Subdiaconus, vel Presbyter, post sacram Ordinationem, uxore mortua, aliam duxerit, vel si uxorem non habeat, ducere presumpserit, necdum excommunicatus late sententia pena, aliique, nostra, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio infingendis, severissime punietur, verum etiam statim ab Ordine erit deponendus, & ab illegitima uxore separandus. Matrimonium enim post recentiorum Ordines contractum, nullum irritumque declaramus. Hæc quoad Græcos, & Albanenses in Italia, eique adjacentibus Insulis degentes.

Ad Coptos, alioquin Orientales quod spectat, in Summi Pontificis verba ex altera per Concilium illustrata edia Constitutione deponitur: Præmissis in præcedenti instructione Ecclesie Orientalis consuetudine retinendi cum Ordine sacro uxorem, que tamen ante Ordinis susceptionem accepta sit, atque indicata etiam controversa, an matrimonium ab Orientalibus initum post Ordinem sacrum irritum sit, an potius dumtaxat illicitum, transiit factus est ad aliam questionem, an rectum probeque factum, ac utile videretur, an potius scandalum esse posset, aliquem dispensare, qui uxorem post Ordinem sacrum duxerit, ut eam retinere, ac simul sacro Ordine persequi, & sacra munia exercere possit, quia hujusmodi dispositiones interdum a Sede Apostolica concessæ fuerunt. Cum autem quæ ad questionem de necessitate necessaria videbantur, non satis nota, ac perspicua essent, placuit rem differre, & interim exquirere, quæ opus erant, ut plenius de re tota innoterent. Cum autem ad nostram cognitionem, quæ expectabamus, relata sunt, auctis Congregatorum suffragiis in ea sumis sententia, ut nemini facultas dispensandi concederetur, sed Sedi Apostolicæ reservaretur, ut cum casus contingerit, & dispensatio poluatur, mature expendatur, quæ necesse est considerare, ut vel concedatur, vel degetur dispensatio, cum de re gravissima, ac magni momenti agatur. Decretum autem conditum est in hæc verba: Recurrant ad Apostolicam Sedem in casibus particulibus, in quibus, si ob graves causas dispensatio super matrimonio inito post Ordines sacros concedenda videbitur, tunc nullum verbum fiat de renovatione consensuum: Haud ignotum est, quanta difficultas dirimenti nulli dispensatio conceditur, solita conditione, ut inter conjuges consensus renovetur: cum accidere possit, & nonnunquam contigerit, ut mulier

hand contenta viro, vel vir uxorem sustulisset, ut se in libertatem vindicaret, eorum alter, vel uterque novum consensum præbere renuat. In decreto maxè relato haud inveni non fuit, renovationem consensuum excludere, cum matrimonium extra dubitationem nullum est: sed cum gratia illa controversa, ut dictum est, adhibeatur, an matrimonium in Ecclesia Orientali post Ordinem sacrum contractum, perinde nullum sit, ac in Ecclesia Occidentali, an potius sit solummodo illicitum; Et cum hujusmodi controversia (exceptis Italo Græcis, quorum matrimonium post Ordinem sacrum inita, statutum est, nulla, & irrita esse, ut in nostra Constitutione, que incipit: Eius Pastoralis §. 7. n. 28. que quinquagesima septima in ordine Bullarum nostræ tom. i.) quod ceteras Orientales Græcos nullo addito Decreto Apostolice definita fuerit, licet Tribunalia hujus Urbis opinionum eorum adherent, qui hæc Matrimonium nulla existimant; nihilominus satis visum est, ac adhibentem casu concedendi dispensationem, condicio renovacionis consensuum non exprimitur. Decretum autem, de quo agitur, nunc etiam a Nobis solemniter confirmatur.

Nota. Quod arduæ Clericorum privilegia, Orientalis Ecclesie sibi eidem gaudent, que Latini habent. Hinc Sac. Congr. de P. F. 4. Febr. 1676. referente Eminentiss. Nerlio, declaravit, reservecunt Clericos Ruthenos unius incurrere in excommunicationem, cum ipsis prædicti eidem omnibus privilegiis canonis, & fori immunitatis, & libertatis gaudeant, quibus clerici Latini participant.

§. IV. De Ministro.

DE Ministro Orientalium eadem est Orientalium, ac Latinorum sententia; Nobis vero nonnulla notanda erunt, quæ vel ob rituum varietatem, vel ob schismata, & abusus, qui in Oriente sunt, peculiari indigent examine. Rem vero exordiar ab iis qui in Italia degunt Græcis sub Latinis Episcopis. De iis itaque in sepe cit. Confluit. habetur. Primo ad tollendam omnino in ordine conferendo rituum commixtionem, sub pena perpetue suspensionis a divinis prohibetur, ne Latinus quicumque Episcopus etiam subiectus fidei jurisdictionis Græcis, neque Græcus quilibet Antistes Latinus quovis prætextu, sine specialis Sedis Apostolicæ licentia, ad primam Transiitum, vel ullum Ordinem sue majorum, hoc minorem promovere præsumat, alioquin etiam Ordinum, quam Ordinatus præcipuum, ut præfertur, suspensionem se laboratur intelligant. 2. Prohibetur Latinus ex Latinis progenitus, ac Latino ritu educatus, juxta ritum Græcum, sub ipse ritum duxi uxores, ad sacros Ordines promovendi, etiam in locis, ubi Græcus ritus servatur. 3. Dispensatum cum Italo-Græcis, qui ad hanc diem a Latino Episcopo sunt ordinati, cum animo tamen in Græco ritu permanenti, ut possint in eodem ritu permanere, & ad majores etiam Ordines a Græco Episcopo cum dimissis tamen Latinis Ordinarij, grece promoveri, cum clausula ne id in posterum inconcussa Sede Apostolica attentetur. 4. Decernitur Italo-Græcos cum dispensatione Apostolica ad aliquos Ordines ob defectum Græcorum Presulum promotos, posse sine alia dispensatione cum dimissis Ordinarij ad

maiores Ordines græco a Græco Antistite promovendi, ordinatos vero a Latino Episcopo sine hac dispensatione, debere in Latino ritum manere, nec posse amplius Latinum Episcopum eum ad Græcum Antistitem mittere cum dimissoriis, ut Ordines reliquos Græco more recipiat sine dispensatione Apostolica; maxime si post susceptos a Latino Antistite Ordines, latine vixerit, cum Latino ritus semel assumptus sine Apostolice Sedis dispensatione deseri nequeat. 5. Non esse ordinandos Græcos sine dimissoriis Latini Diocetani ad Tomisiam, vel aliquem Ordinem, atque ita ordinatos manere suspensos, si ministraverint irregulares, sicut Latini, a quibus censuris sola Apostolica Sedes dispensare potest. 6. Non esse admittendos Episcopos Schismaticos sine pro Ordinibus, sine pro aliis Sacramentis conferendis, sed impediendos, quod S. Apostolica Sedes desuper consulatur, & responsionem habeatur; quos vero communionem S. Romane Ecclesie habere considerit, eis Pontificalia exercendi facultatem Ordinarios Latinos in suis Diocesis libere concedere posse. 7. Ordinarios a Schismaticis esse rite, dum servetur debita forma, recipere quidem Ordinem, sed non executionem; hos vero correctos, & emendatos, reconciliandos esse cum poenitentia salutari, dummodo errores, si quos amplexi fuerint, seu minus schisma abjacent in iudicio, vel publice, vel secreto pro qualitate facti. 8. Sed in Ordinibus per tot alias rite susceptis ministrare permittendos non esse, nisi cum ipsis super irregularitate, huiusmodi occasione contracta, auctoritate Sedis Apostolice fuerit dispensatum. Atque hinc quoad Orientales reliquos patet. 1. Hominem unius ritus non posse licite ab alterius ritus Episcopo ordinari, ordinatumque suspensionem manere, ac ita ministrantem fieri irregularem. 2. Idem dicendum, si sine proprii Episcopi dimissoriis ordinetur. 3. Requirit dispensationem ab Apostolica Sede, ut quis rite ab alieni ritus Episcopo ordinetur. 4. Ordinatos ab Hæreticis, & Schismaticis servata debita materia, & forma, valide esse ordinatos, sed manere ab Ordinum exercitio suspensos; nec posse, dum in Orthodoxæ Ecclesie communionem recipiantur, ordines exercere, nisi antea ab irregularitate absolvantur. 5. Denum, Apostatas, & in hæresim lapsos, dum ad Ecclesiam redeant, non esse iterum ordinandos; quippe ex hæresi, vel Apostasia non amittitur ordo, qui præ se indelebilem fert characterem. Quamobrem in errore maximo sunt Syri Nestoriani, qui Diaconos, Presbyterosque Apostatas iterum ordinant, iuxta canonem centesimum decimum Synodi habitæ a Iosue Barnau Patriarcha

an. 820. quo statuitur, Diaconis & Presbyteris, qui Christum abnegaverint, iterum ab Episcopo manus imponendas esse, si ex tota virtute sua poenitentiam exhibuerint.

Nosa. Ex dubilis propositis Sac. Congr. a Fr. Iosepho de Hierusalem Ord. Min. Striv. Observ. Praef. Missiolum in Æthiopia, constat Archiepiscopum illius nationis non solere Ordines conferre, nisi dum octo aut decem mille ordinandi sint ex diversis partibus congregati; eos vero ita ordinare solere. Dispensis per Ecclesiam Ordinandis, Archiepiscopus per eam celeriter dicurrendo, manus imponendo singulis Presbyteris, dicit, *accipe Spiritum Sanctum*; Diaconis vero non manus, sed Crucem Patriarchalem super caput imponit. Ad hæc Suprema Inquit. Consultores 10. Aprilis 1704. ita responderunt: Ordinario Presbyteri cum manuum impositione, & forma prolatione, prout in dubio, est valida: sed Diaconi ordinatio cum simplici Crucis Patriarchalis impositione omnino invalida est: quo vero ad præxim admittendi Presbyteros, & Diaconos ad exercitium suorum Ordinum postquam Catholicam fidem susceperint, sequentia observanda sunt.

Si Sacerdos absolute dicat, se ordinatum fuisse cum manuum impositione, ac verborum prolatione, & nihil aliud obferat, poterit Missionarius, postquam cum illo super irregularitate dispensaverit, eumque ab excommunicatione absolverit, eundem ad exercitium suorum Ordinum admittere iuxta ritum approbatum, & expurgatum, in quo suis ordinatus.

Si vero idem Sacerdos ingenue fateatur, se non recordari de materia, & forma sua Ordinationis, vel de una, aut altera dubitare, non potest admitti ad exercitium suorum Ordinum donec sub conditione fuerit reordinatus.

Tandem si absolute asserat, vel manuum impositionem, vel forme prolationem, sine utranque commissam fuisse, reordinandus erit absolute, antequam ad exercitium suorum Ordinum admittatur: quia vero quilibet Sacerdos etiam valide ad Sacros Ordines ordinatus, fuit invalide ad Diaconatum promotus; idcirco ut possit suis Ordinibus exercere, debet, si Sanctissimo placuerit, facultatem dispensandi Missionariis impetrari, cum illo tamquam per saltum ordinato, ac iam suspensio propter subsistentiam suorum Ordinum exercitium super irregularitate dispensari, & ab officio cessare, quousque per Episcopum Catholicum ad Diaconatum Ordinem promoveatur. Si hac facultas Missionariis concessa non sit, in huiusmodi casibus tenentur recurrere ad Apostolicam Sedem.

FINIS PARTIS PRIMÆ TOMI TERTII.

THEOLOGIA
MORALIS UNIVERSA
R. P. GABRIELIS ANTOINE

A REVERENDO PATRE

PHILIPPO DE CARBONEANO

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM
POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIE ORIENTALIS
DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

Dein novis accessionibus ex geminis scholarum & Ecclesie Doctoribus S. THOMA
AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. depromptis ad PAROCHOS,
CONFESSARIOS, præsertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM
informandam aucta, & illustrata

A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.
ACCEDUNT

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS GANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO
DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROOEMIALIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA

A JO. DOMINICO MANSI
ARCHIEPISCOPO LUCENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PER MULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS

BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

Litteris apostolicis excerptis locupletata, correctæ, nonnullis figuris aeneis
in fronte quorundam Tractatuum ornata,

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

TOMI TERTII PARS SECUNDA.



VENETIIS MDCCLXXXII.
APUD ANTONIUM ZATTA
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.